UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Sermones prestantissimi viri Ro||berti de Litio: ordinis Minoru[m] sacre theologie professo||ris: pontificis Aquinatis

Caracciolo, Roberto

Lugd., Anno d[omi]ni. M.cccccxiij. vi. no.Maij.

De diuina charitate

urn:nbn:de:hbz:466:1-70607

Visual Library

ria patri et filio et ſpũiſancto: decantat in fine pſalmorũ oẽs corpus incuruant ſimul cũ capite. ¶ Tertio cõſiſtit hic honor in genuflexione. Genuflectimꝰ nãqꝫ cũ adoramus corpus xp̃i: in omnibꝰ moribus huiuſcemodi profitẽtes nos ſubditos deo: qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Explicitus eſt tractatus de timore iudiciorum dei.


¶ Tabula in ſequentẽ tractatum.

| | |
|---|---|
| De diuina charitate | Sermo. j. |
| De diuina charitate | Sermo. ij. |
| De diuina charitate | Sermo. iij. |
| De diuina charitate | Sermo. iiij. |
| De diuina charitate | Sermo. v. |
| De diuina charitate | Sermo. vj. |
| De diuina charitate | Sermo. vij. |


¶ Incipit tractatus de diuina charitate: cõpilatus per reuerẽdũ ſacre theologie doctorẽ magiſtrũ Robertũ de Licio ordinis minorũ. In quo oſtẽdit cũ om̃i veritate ſacroſancte ſcripture: qualiter deꝰ benedictus quãtum in ſe eſt oĩbus peccatoribꝰ offert indulgẽtiã ⁊ remiſſionem peccatoꝝ: neminẽ excludens a ſalutis via cuius ſunt ſermonis ſeptẽ.

VEnite ad me oẽs qui laboratis ⁊ onerati eſtis: et ego reficiam vos. Verba ſunt redẽptoris noſtri ieſu xp̃i originaliter Mat. xj. Ineſtimabilẽ charitatem dei qua hoĩes diligit impugnãt ſepenumero hi qui a pctĩs deſiſtere nolũt. Ipſi nãqꝫ impio ac ſacrilego ore ſuo aſſerunt optimũ deũ fore cãm dãnationis eorũ: quaſi nec hoĩs merita in aliquo proſint nec ipſis iniqs ſua malicia valeat imputari. Hoc errore illuſi pleriqꝫ audaciam in malo perſeuerãdi ſuſcipiũt: pñiamqꝫ negligũt delictoꝝ ſuoꝝ. Nihil inquiũt intereſt qualis qſqꝫ ſit ſiue bonus ſiue malus: cũ deꝰ quoſdam ſic habeat odio vt etiã poſt diuturnã in virtutibus ꝑmanentiã reprobet: quoſdã aũt diligat vt frequentata impietas ſua antiquataqꝫ malicia ipſos nõ ꝓhibeat ſaluos fieri. Cõtra hmõi genus hoĩm acriter inſiſtẽdum eſſe cẽſui. Ad quoꝝ cõfuſionẽ decreui in preſenti tractatu de charitate dei ad hoĩes tã bonos qꝫ malos copioſius differere. Oſtẽdã equidẽ ꝙ quãtuꝫ eſt ex parte diuine clemẽtie nullus quãtũcunqꝫ ſit ſceleſtiſſimus ac flagitioſus expellit a ſalute: immo vt ſic dicam oẽs pctõres mũdi dulciſſime blãde ⁊ amoroſiſſime inuitãtur vt ſalui fiant: vt ptꝫ in verbis propoſitis in themate nr̃o. Que verba et ſi a chriſto clamante in templo dicta ſint tñ extedũtur ad quoſlibet peccatores: qui ſunt vel erunt vſqꝫ ad conſummationem ſeculi. Clamat itaqꝫ dominus ieſus chriſtus ex abũdantia charitatis ſue: ⁊ dicit Venite ad me ⁊c. Vbi pro inſtructione noſtra notare poſſumus ſeptem ignitas flammas de diuina charitate erga miſeros ĩgrotatoſqꝫ peccatores.

Prima dr̃ facilitas: cũ dicit: Venite.
Scd̃a dr̃ ſuauitas: cum dicit: ad me.
Tertia dr̃ generalitas: cũ dicit: oẽs.
Quarta dr̃ multiplicitas: cum dicit: qui laboratis.
Quinta dicitur grauitas: cũ ſubiungit: ⁊ onerati eſtis.
Sexta dr̃ p̃cioſitas: cũ ſubdit: ⁊ ego.
Septima dicitur gratioſitas: cũ concludit: reficiã vos.

Et cũ ſingulas has flammas difficile ſit in vno ſermone explicare dicemꝰ de ipſis in ſeptẽ ſermonibus bene diſtinctis. In hoc ſ̃o primo primam ſuſcipiamus elucidare flammã que dr̃ facilitas. Cuius ſenſus eſt: ꝙ deus omp̃s neminem violẽtat neqꝫ cogit vt ſaluꝰ aut reprobꝰ fiat ⁊ cũ omnes ſint liberi faciliime poſſunt ſaluari. Que veritas ſub triplici cõcluſione declaratur.

Prima dicitur volũtatis.
Scd̃a dicitur gratioſitatis.
Tertia dicitur exẽplaritatis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Qualr̄ in libertate ⁊ libera oi voluntate eſt vt ſaluent̄ vel dānentur: exquo concluditur ꝙ ſi omnes mundi peccatores volunt poſſunt ſaluari: ⁊ ſi nō ſaluantur imputatur ipſis. Cap. j.

Prima cōcluſio ḋ volūtatis: q̄ cū omniū volūtas libera ſit quicūq̄ʒ volunt ſaluari ſaluant̄: quiuo dānari dānant̄. Poſſunt quippe oēs bene ⁊ male facere ſicut volunt. Nulluſq̄ʒ cōpellitur ad vtrūq̄ʒ. Probat̄ hoc p̄ Aug. li. v. de ci. dei. c. x. vbi ait: Sunt nr̄e voluntates ⁊ ipe faciūt quicq̄d volēdo facimus: ſiue bonū ſiue malū: qḋ nō fieret ſi nollem⁹. Et idē in li. de libe. arbi. ait: Vaſis ire nunq̄ʒ de⁹ redderet interitū ſi nō ſpontaneū inueniret̄ homo hr̄e pctm̄. Que verba ponunt̄ in decretis. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonoſor. ⁊ h̄ idē p̄bat Aug. di. illud qḋ notat̄. xv. q. j. c. merito. c. illa. ⁊. c. ex volūtate. Et. viij. q. j. c. ſciēdū. Et. lvj. diſ. c. naſci. Peccatū eſt adeo voluntariū qḋ ſi nō ſit volūtariū nullū eſt pctm̄. Idē dic̄ Chryſ. xxxij. q. v. c. ſicut. Sicut em̄ pctm̄. inq̄t: opus ſine voluntate nō facit: ita ⁊ iuſticia ex opere non cōſummat̄: niſi volūtas fuerit. De hoc dicit etiā Gratia. de peni. di. ij. c. ſi em̄. §. ceterū confido. Nec ad vitia nec ad virtutes neceſſitate trahimur ſʒ voluntate. Oīa tñ includit elegātiſſime Hiero. in q̄ſtionib⁹ ad heluidiū. vbi ſic ait: Hoīes ſuo arbitrio derelicti ſūt. Neq̄ʒ em̄ bonū neceſſitate faciūt ſʒ volūtate: vt credentes coronā accipiāt: increduli ſupplicijs mācipentur. Et iterū Hiero. eodē loco. De⁹ equali cūctos ſorte gnāuit et dedit arbitrij libertate vt faciat vnuſq̄ſq̄ʒ qḋ vult ſiue bonum ſiue malū. Et iterū. Dedit hoībus prātē: vt vox ipſa diſputet ꝯ creatorē ſuuʒ: et cauſas voluntatis illius perſcrutet̄. Hoc etiā confirmat ſapiēs Eccli. xv. c. cum dicit: Deus ab initio ꝯſtituit hoīem ⁊ reliq̄t eū in manu conſilij ſui. Vñ patere pōt ꝙ hō ſit liberi arbitrij alioq̄n ſm̄ Tho. j. parte ſumme. q. lxxxij. arti. j. fruſtra eſſent conſilia: exhortationes: ⁊ p̄cepta prohibitiones: premia: ⁊ pene. Verū eſt ſciēdū ꝙ quedā agūt abſq̄ʒ iudicio: ſicut lapis mouet̄ deorſum: ſimilr̄ oīa cognitione carentia. Quedā agunt iudicio: ſed nō libero: ſicut aīalia bruta. Judicat em̄ ouis videns lupū eum eſſe fugiēdū naturali iudicio: ⁊ non libero: q̄ nō ex collectione: ſed ex naturali inſtinctu hoc iudicat: et ſil'e eſt de quolibet brutoꝝ animaliū. Sed homo agit iudicio: q̄ per vim cognoſcitiuaʒ iudicat aliq̄d eſſe fugiendū vel p̄ſequēdū. Et q̄ iudiciū illud nō eſt ex naturali inſtinctu in particulari opabili: ſʒ ex collectiōe rationis: ideo agit libero iudicio potens in diuerſa ferri. Ratio em̄ circa cōtingētia hʒ viā ad oppoſita: vt pʒ in dialecticis ſyllogiſmis ⁊ rhetoricas perſuaſionib⁹. Particularia aūt operabilia ſunt quedā cōtingentia: et ideo circa ea iudiciū rōnis ad diuerſa ſe habet: et nō eſt determinate ad vnū. Et p̄ tanto neceſſe eſt ꝙ hō ſit liberi arbitrij: ex hoc ipo ꝙ eſt rōnalis. hec Tho. Cuius r̄bis cōgruit illud dictū Tullij lib. j. de officijs vbi dicit: Inter hoīem ⁊ beluā hoc maxime intereſt: ꝙ hec tantū quātū ſenſu mouet̄ ad illud ſolū qḋ adeſt quodq̄ʒ preſens eſt ſe accōmodat: parū admodū ſentiens preteritum aut futurum. Homo autē q̄m̄ rationis eſt particeps per quā cōſequentia. i. cāꝫ finales: ⁊ cauſas rerū. i. principia videt: earūq̄ʒ p̄greſſus quaſi anteceſſiones nō ignorat: ſimiles cōparat: rebuſq̄ʒ preſentibus adiungit atq̄ʒ annectit futuras: facile totius vite curſum videt: ad eamq̄ʒ regendā preparat res neceſſarias. hec ille. Ex quib⁹ oībus clariſſimuʒ eſt: hoīem id poſſe in bono ⁊ in malo qḋ velit. Quinimmo tāta eſt hec libertas: vt nullū agens creatum poſſit ipſuʒ liberū arbitriū cogere. iuxta illud Bern. in lib. de libe. arbi. Volūtas pro ingenita ſui nobilitate nulla cogitur neceſſitate. Ad hoc tñ aduertendum ſiue intelligendū. ſm̄ Boñ. in. ij. diſtin. xxv. parte. ij. q. iiij. ꝙ eſt duplicit er

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

loqui de libero arbitrio. Vel quãtuʒ ad
actũ exteriorẽ: vel quãtum ad actũ inte=
riorem. Si autẽ loquamur quãtum ad
actum exteriorẽ reſpectu talis actus po
teſt interuenire coactio. Põt enim quis
cõpelli: vt ipſo nolẽte genua coram ido=
lis flectat. Si loquamur quãtũ ad actũ
interiorẽ: qui ſcʒ eſt velle eligere vel cõ=
ſentire: ſic reſpectu talis actus põt libe
rum arbitriuʒ aliquo modo induci: põt
⁊ impediri: ſed nullo modo cogi ſiue cõ
pelli. Induci quidẽ põt cũ amat aliud
a ſe: ⁊ qđ infra ſe eſt. Vñ per oblationeʒ
alicuius rei amate põt induci ad cõſen=
tiendũ in aliquid multũ efficaci perſua=
ſione: per quẽ modũ idolatre tentabãt
ſanctos martyres conſentire idolatrie:
modo promittẽdo leta: modo infligẽdo
triſtia. Iſta tamen inductio lõge diſtat
a coactione: ſicut probat ipſe exitus: q
nec blãdimẽtis allici nec tormẽtis ter=
reri adeo potuerunt: vt a veritate iuſti=
cie mutarentur. Et ſic liberũ arbitrium
poteſt induci. Poteſt etiã impediri pro=
pter inclinationem et coniunctionẽ ſui
ad naturam corporalem qua poſſet ali=
quis aliũ ita ledere: vt vſum liberi arbi
trij amitteret. Coactio enĩ ponit liberi
arbitrij vſum ⁊ actum: ſed ligatio ⁊ im
peditio tollit. Et iterum impeditio pro=
uenire poteſt ab inferiori: coactio vero a
ſuperiori. Et hinc eſt ꝙ liberũ arbitriũ:
etſi poſſit induci ab agente creato rõne
boni exterioris amati: ⁊ poſſit impediri
rõne corporis cõiuncti: non tñ põt cogi
reſpectu actus ꝓprij. Sed adhoc dubiũ
venit in mentẽ qđ declarare ⁊ intellige
re optimũ eſt ac delectabile. Põt nãqʒ
pctõr quiſqʒ querere an liberũ arbitrium
qđ a creatura cõpelli nõ põt cogi poſſit
a creatore? Et videt ꝙ ſic. Nã Lu. xiiij. c.
dr: Exi i vias ⁊ ſepes: ⁊ cõpelle intrare:
vt impleatur domus mea. Si ergo do=
mum dei non contingit intrare niſi per
vſum liberi arbitrij: ⁊ dñs intrare com
pellit: videtur ꝙ liberum arbitrium co
gat. Itẽ Joh. vj. dicitur: Nemo poteſt
venire ad me niſi pater q miſit me tra=
xerit eum. Sed tractus eſt motus vio=
lentus vt dicit phs: ergo liberum arbi=
trium violentatur. Item Prouerb. xxj.
Sicut diuiſiones aquaruʒ ita cor regis
in manu dñi: quocũqʒ voluerit immuta
bit illud. Sed talis immutatio eſt que
dam coactio: ergo deus cogit liberũ ar=
bitrium. Qđ ſi verũ eſſet: conqueri poſ=
ſent pctõres de deo poſſentqʒ ad ipſuʒ
clamare. O creator omnipotẽs cur nos
perire permittis? cur nos in errore nro
relinquis? Cur tantam multitudinem
a te ſempiternis cruciatibus deputan=
dam non compellis: nõ cogis ad bonũ?
Tua eſt potentia: tuuʒ eſt regnum: tua
deniqʒ bonitatis omnis: ⁊ dulcedinis
abudãtia. Miſerere noſtri deus: ⁊ ſuc=
curre voluntatibus pereũtiũ. Volunta
tem habemus: ſed maluʒ volumus ma
lum eligimus: maluʒ nos ſequitur. Tu
aũt ꝓpriã vim inferas volũtati: qđ ſi tu
deus nõ feceris: cauſa certiſſime eris no
ſtre ꝑditionis. Sed ꝓfecto fragile debi
leqʒ eſt tale pctõrũ fundamẽtum: qm̄ q
veritatẽ cognouerũt: aſſerũt nullo mo=
do liberũ arbitriũ a deo cogi poſſe. Nã
Aug. ſup Geñ. ad lr̄am dicit: Nõ põt de
us facere contra naturã quã bonã inſti
tuit: qm̄ nõ põt facere cõtra ſuã volũta
tem. Si ergo deus voluntarie liberum
arbitriũ hoĩ dedit: impoſſibile eſt eum
facere de libero arbitrio cõtra innatam
eius libertatẽ. Sed ſi ipm̄ cogeret: ꝯtra
libertatẽ faceret: ergo liberũ arbitriũ a
deo cogi eſt impoſſibile. Itẽ Augu. xix.
de ci. dei dicit: Illud eſt vnicuiqʒ rei na
turale qđ de ipſa facere diſpoſuerit oĩ=
potẽtis volũtas: ergo ſi nullũ naturale
eſt violẽtũ: nihil qđ facit deus eſt violẽ
tũ. Si ergo oĩs coactio eſt ꝑ violentiã:
qcqđ deus de libero arbitrio faciat: nul
la põt ſibi inferri violẽtia: ac ꝑ hoc nul=
la coactio. Ad clariorẽ tñ noticiã huius
veritatis dicit dñs Boñ. in. ij. diſt. xxv.
vbi. ſ. q. v. ꝙ cũ queritur ſi liberum ar=
bitrium põt a deo cogi: dupliciter põt
intelligi. Aut ita ꝙ poſſit auferre liber=
tatem: ⁊ auferendo libertateʒ inducere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

coactionē:⁊ hoc modo nulli dubiū eſſe
debet quin deus poſſit hoc facere quā-
tum eſt de immēſitate ſue potētie. Alio
modo vt intelligat̄ ꝙ de⁹ cogit liberuꝫ
arbitriū ſalua libertatis ꝓprietate⁊ ei⁹
natura:⁊ hoc mō nō ſolū eſt īpoſſibile:
ſʒ etiā nō intelligibile: ꝑ eo ꝙ implicat
duo ꝯdictorie oppoſita. Ex hoc em̄ ꝙ li
berū eſt: ſi aliq̄d vult libere vult: ex hoc
ꝙ voluntariū eſt: ſi aliquid vult volun
tarie vult:⁊ ſeipo mouēte vult. Ex hoc
aūt ꝙ cogitur: ſi q̄d vult ſeruiliter vult.
Et ſi quid vult inuite vult. et ſi q̄d vult
ab alio vult: q: violētū eſt cui⁹ ꝑcipiū
eſt extra nihil cōferente vim paſſo. Er-
go liberū arbitriū a deo cogi nō eſt ali
ud q̄ꝫ actū liberi arbitrij ſimul et ſemel
eſſe liberū ⁊ ſeruilē eſſe voluntarium ⁊
non eſſe voluntariū: eſſe a ſe ⁊ non eſſe
a ſe. Si ergo eſt impoſſibile qđ claudit
in ſe vtranqꝫ partē ꝯtradictionis: non
tm̄ eſt impoſſibile creature: verūetiam
creatrici eſſentie: q: illud poſſe non eſt
poſſe. Ad intelligentiā autem obiecto-
rum eſt ſciendum ꝙ differt dicere volū
tatem induci⁊ voluntatē mutari:⁊ vo-
luntateꝫ cogi. Tunc enim induci d: qn̄
aliqua perſuaſio ei fit: qua diſponitur
vt ad aliqđ appetibile inclinet̄: q̄ ſi val
de intenſa ſit nomen coactionis ſortit̄
q̄uis nō ſit vera coactio. Tūc aūt volū
tas mutat̄: qn̄ ipa nolēte vnū: potenti
virtute affectio ei īmittit̄ ad ꝯriū: et de
nolēte fit volēs: ita ꝙ vna affectio expel
litur⁊ cōtraria inducit̄: ſicut ptꝫ cū de⁹
de amatore tꝑaliū facit contēptorē. Et
hoc d: eſſe q̄dā cōpulſio ⁊ tractio diui-
na: vt volūtas ab eo ſeparet̄ cui ꝑ amo
ris glutinum fortiter iungebat̄. Tūc vo
voluntas d: cogi: qn̄ intelligit̄ ipam in
uitā aliquid velle ⁊ repugnāte actu vo
luntatis deliberatiue: aliena ꝟtute mo
uente:⁊ repugnātia manēte ad aliquid
volēdū inclinari. Et hoc duo appoſita
implicat. Volūtas igit̄ īduci poteſt ab
agente creato: mutari ꝟo ab alio nō po
teſt niſi ab agente increato: ſed cogi a
nullo. Cum igitur d: in ſcriptura deum

voluntatē hominis cōpellere vel trahe
re vel mutare: intelligitur nō q: volun-
tatē cogat: ſed q: voluntatē creatā non
ſolū inducit: ſicut agens creatuꝫ: verū-
etiā immutat īmittendo affectiōes va-
rias. In qua immiſſione nō eſt coactio
pro eo ꝙ ita volūtarie volo illud quod
deus īmittit ſicut illud qđ ex meipſo vo
lo. Et ſi aliquid volo volens volo nō in
uitus:⁊ ita in volendo ad nihil cōpel-
lor. hec Bon. Cū ergo libertas a coacti
one in oībus equaliter ſe habeat: quis
de deo ſi ipſemet agit conqueri poteſt.
Quis etiā ſuꝑpſius culpā in ſemetipſo
non reflectet? Quis ꝓpriā ⁊ volūtariā
nequiciā nō agnoſcet? Niſi dicere velit
adhuc aliquis ꝙ deus minime rectum
quid fecit: q: hoīem in libertate arbitrij
voluit cōſtituere. Sed ꝓfecto ſi bene ſa
piant: intelligēt nō inane in foro ſenten
tiam illā qua dicitur Geñ. j. c. Vidit de⁹
cūcta que fecerat ⁊ erāt valde bona. Et
quibus ꝟbis Hieronymus ſcribēs ad
Paulinū dicit: Bonus eſt de⁹:⁊ oīa que
fecit bona ſint neceſſe eſt. hec ille. Sa-
piētiſſimus ergo rerū opifex omnium ⁊
magiſter: cū hoīem cōderet rationalem
ad beatitudinē: in tali ſtatu eum voluit
eſſe: in quo ad beatitudinē perueniens:
dei iuſticia ſemper ſalua et miſericordia
laude honoris ⁊ glorie corona decorare
tur. Quomodo ergo hō potuiſſet lauda
ri ꝙ malum non feciſſet qđ facere non
valebat? Inquit enim Lactātius in. vj.
lib. diuina. inſti. aduer. gen. Nulla laus
eſt non facere qđ facere nō poſſis. Hinc
Hiero. ad Demetriadē virgineꝫ ait: Iā
prouidendum eſt: ne forte illud remo-
deat te: in quo temere imperitū vulgus
offendit vt ideo nō vere bene factū ho-
minem putes: eo ꝙ is malū facere nō-
nec ipſa natura aſtringatur ad immuta
bilis boni neceſſitatem. Nam ſi diligen
ter rem tractes: et ad ſubtiliorem intel-
lectum animum totum cogas: hinc tibi
melior et ſuperior hoīs ſtatus appare-
bit vnde putatur inferior. In hoc enim
gemini itineris diſcrimine: in hac vtri-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uiſqꝫ libertatis parte: rationalis anime
decus poſitū eſt. Hinc inquā totus natu
re noſtre honor conſiſtit: hinc dignitas:
hinc premiū: hinc deniqꝫ optimi quiqꝫ
laudē merētur. Nec eſſet hoīs vlla vir-
tus in bono perſeuerantis: ſi is ad ima
trāſire nō poſſet. hec ille. Nonnulli autē
obijciūt his que dicimus ex diuina pre-
ſciētia que eſt ineffallibilis: ꝙ ipa neceſ
ſitatē inferat actionibꝰ hoim. Quibus
reſpōdemus ſibi preſcientiā eſſe ⁊ homi
nes volūtate nō neceſſitate ad bona vel
mala inclinari. Vñ Aug. li. v. de ciui. dei
c. x. dicit: Nullo modo cogimur: aut retē
ta preſciētia dei tollere volūtatis arbi-
trium: aut retento voluntatis arbitrio
deū: qḋ nefas eſt negare preſciū futuro-
rum: ſed vtrūqꝫ cōplectimur: vtrūqꝫ fi-
deliter et veraciter cōfitemur. Illud vt
bene credamus: hoc vt bene viuamus:
Male aūt viuitur ſi de deo nō bene cre
ditur. Vñ abſit a nobis eiꝰ negare pre-
ſcientiā vt liberi eſſe velimus quo adiu
uāte ſumus liberi vel erimus. Proinde
nō fruſtra ſunt leges: obiurgatiōes: ex-
hortationes: laudes ⁊ vituperatiōes: qꝛ
et ipſas futuras eſſe preſciuit et valent
plurimū quātū eas valituras eſſe preſci
uit. Et preces valēt ad ea impetranda:
que ſe precātibus cōceſſurum eſſe preſci
uit. Et iuſte premia bonis factis: ⁊ pecca
tis ſupplicia cōſtituta ſunt. Neqꝫ enim
ideo peccat hō: qꝛ deus illū peccaturuꝫ
eſſe pſciuit: immo iō nō dubitaꝫ ipſum
peccare cum peccat: qꝛ ille cuius preſciē
tia falli non poteſt: non fatum: nō fortu
nam: non aliquid aliud: ſed ipſum pec-
caturū eſſe pſciuit. Qui ſi nō oīno non
peccat: ſed ſi peccare noluerit etiaꝫ hoc
ille preſciuit. hec ille. Liberi ergo ſunt
omnes qui bene agunt: liberi ſunt qui
male: liberi qui iam celum ↄſcenderūt.
Inſuper liberi ⁊ qui ſuorum criminum
ſupplicia lugent.

¶ Quod facile eſt vt pctōres ſaluentur: qꝛ
gratia ad ſalutem neceſſaria omnibus
preparata eſt a deo: ⁊ nullius volēti ne
gatur. Cap. j.

Secunda cōcluſio dꝛ gratioſi
tas. Facile quippe eſt vni-
cuiqꝫ volenti poſſe ſaluari:
qꝛ gratia ad ſalutem neceſſa
ria oībus eſt preparata. Ad
qḋ plenius intelligēdū ſciēdū quoſdaꝫ
ita tenuiſſe liberi arbitrij facultatem: ⁊
tm̄ illam eſtimaſſe: vt abſqꝫ auxilio di-
uine grē p ſolius liberi arbitrij poteſta
tem ſaluari oēs poſſe profiterenꝫ. Fuit
aūt erroris huius pniecioſiſſimus garru
lator Pelagius ⁊ eius imitatores: de q̄
bus egregius doctor Aug. li. j. retractio
num ait: Noui heretici pelagiani cū ſic
liberū aſſerūt volūtatis arbitriū: vt grē
dei nō relinquāt locū: quam ſm merita
noſtra dari aſſerūt. Cōtra quā ſniam va
lidiſſime pugnat idē doctor pclariſſimꝰ
in ꝙpluribus doctrine ſue locis: oſten-
dens neminē abſqꝫ grā nō ſolū nō poſ-
ſe in aliqḋ opus meritoriū: ſed etiam in
quācūqꝫ meritoriā cogitationē volūta-
tis: vel ad opa meritoria deuenire. Vñ
ad Bonifaciū papā ait: Non pōt hō ali
quid boni velle niſi iuueꝫ ab illo q̄ non
pōt malū velle: ⁊ iterū in li. de pdeſtina
tione ſctōꝝ. Prius eſt cogitare bonum
ꝙ credere: ⁊ ipm̄ cogitare bonū ex deo
eſt. ⁊ in li. de correctione ⁊ gratia. Sine
gratia dei nullū proſus ſiue volēdo ſi-
ue agēdo faciūt hoīes bonū. Et ad Va
lentinum. Cogitare vel agere ſm deum
nulla rōne ſine gratia dei poſſumus: et
in Enchiridion. Gratia pueniꝫ vt veli-
mus bonuꝫ. ⁊ in li. de eccle. dog. di. Mo
uet ad querendam ſalutem libertas ar
bitrij: mouente prius deo. Sunt ⁊ alij
docꝫ. qui Augu. dictis firmiſſimo iudi-
cio alligantur. Inquit nāqꝫ Iſido. lib.
differentiarum. Gratia eſt diuine miſeri
cordie donū p qḋ bone volūtatis eſt exi
tus. hec ille. Et iterū ibidē. Sciāt defen
ſores liberi arbitrij nihil boni poſſe ni-
ſi diuine gratie iuuamine ſuſtententur.
Et de hoc etiam magiſter. ij. ſententia-
rum. xxvj. di. Bona voluntas comitaꝫ
gratiā: nō grā voluntatem. Et Paulus
vas electionis. ij. Cor. iij. Non ſumus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſufficiētes aliq̄d cogitare a nobis quaſi
ex nobis: ſed ſufficiētia noſtra ex deo eſt
⁊ Rom̄.ix. Nō eſt volētis neq̄ currētis
ſed miſerētis dei. Aduertēdū tñ ſm̄ Bo
na.in.ij.di.xxviij.q.vj.ꝙ opus aliquod
tripliciter pōt dici bonū. Uno mō dicit̄
bonū eſſe aliq̄d ſimpl̄r. Et hoc eſt bonū
qđ ordinatū eſt in finē: ⁊ tale eſt bonuꝫ
meritoriū. Et hm̄oi bonū nō pōt liberū
arbitriū lapſum abſq̄ auxilio gr̄e gra-
tū faciētis. Scđo mō đr aliquid eſſe bo
nū in hoc ꝙ aliquo mō de cōgruo diſpo
nit ad bonū. Et tale eſt bonū qđ fit ex-
tra charitatē: nihilominus tñ cū recta
intētione. Et in tale nō pōt liberū arbi-
triū abſq̄ munere gr̄e gratis date ꝑ qđ
illuminet̄ ⁊ dirigat̄ ⁊ excitet̄ vt velit fa
cere vt ſit aliq̄d deo placitū. Tertio mō
đr aliq̄d bonū: q: eſt ordinabile: ⁊ hꝫ ali
quā ordinationē intra ſe: ſiue ex trāſitu
ſuꝑ materiā debitā: ſicut paſcere eſuriē
tem ſiue ex debita circūſtātia ſuꝑaddita
ſalꝫ cū id faciat qñ id exigit loci ⁊ tp̄is
opportunitas. Ad illud aūt genus bo-
ni cōplēdum: ⁊ ſi gratia gratis data ſit
neceſſaria ad hoc ꝙ fiat faciliter: circun
ſcripto tñ oī munere gr̄e relicto libero
arbitrio in puris naturalibus ꝑ natura
le iudicium ⁊ inſtinctū hō poſſet in tale
bonū deo ſibi cooperāte ſicut cooperat̄
in alijs creaturis. Nā ſine primo agen-
te nullū agēs pōt agere. Ad bonū auteꝫ
qđ ducit ad bonū ꝑfectū ſiue merito cō
grui: ſiue merito cōdigni non pōt abſq̄
auxilio dei. Ex his q̄dā minus bñ intel-
ligentes dicūt ꝙ nullus abſq̄ gr̄a ſal-
uari pōt: ⁊ qđ nō eſt in hoīum ptāte ſeu
volūtate poſſe ſaluari. Sed his leuiter
reſpōdere poſſumus: q: diuina gr̄a nec
liberū arbitriuꝫ coartat: nec ipſum a ſe
excludit. Exprimit naq̄ Aug. ordinem
gr̄e ⁊ liberi arbitrij in li. de eccleſiaſticis
dogmatibus dicens: Initiū ſalutis no-
ſtre deo miſerante habemus. Ut acquie
ſcamus ſalutari inſpirationi noſtre po-
teſtatis eſt: vt adipiſcamur qđ acquirē
dum admonitione cognouimus: diuini
eſt muneris. Ut nō labamur iā adepto

ſalutis munere noſtre ſollicitudinis eſt
⁊ diuini pariter adiutorij. Et hoc dicto
clare cognoſcit̄ ꝙ principium ſalutis a
gr̄a dei eſt: ſed nō niſi in hoīe ꝯſentiēte
Qđ etiā Aug. li. de lib. ar. aptiſſime ma
nifeſtat. Uirtutē inq̄t deus in nobis ſi
ne nobis operat̄. Et iteruꝫ. Qui fecit te
ſine te nō ſaluabit te ſine te. Que auto-
ritates vnā eandēq̄ ſniam habent nul
lamq̄ repugnantiā. Nam prima autori
tas denotat in hoīs ſalute diſpoſitionē
ſuſceptiuā virtutis ⁊ poteſtatem effecti
uam. Diſpoſitio ſuſceptiua virtutis eſt
liberum arbitriū: ptās aūt effectiua eſt
diuina gratia. Dicit ergo. Uirtutē deus
operat̄ in nobis cōſentiētibus. Ecce di
ſpoſitio ſuſceptiua: ſine nobis efficienti
bus. Ecce effectiua ptās: q̄ deo tribuit̄.
Et in ſcđa autoritate idem đr: Qui fecit
te ſine te: efficiēte. Ecce ptās effectiua.
Nō ſaluabit te ſine te: cōſentiente. Ecce
diſpoſitio ſuſceptiua. Et cū liberū arbi-
triū vix aut nunq̄ deſtituat̄ a gr̄a gra-
tis data ſm̄ Boñ. in. ij. di. xxviij. ar. ij. q.
j. quid aliud reſtat niſi malos nō ſalua-
ri nō ex defectu gratie: ſed ex defectu ꝓ
prie volūtatis. Sicut em̄ ſol radios ſu-
os nō abſcondit: ſed illos quantuꝫ in ſe
oībus idifferēter cōicat: ita ⁊ deus gra
tiam ſuā. Et ſicut aliquis claudēs fene-
ſtram ne lumē ſolis videat eſt inculpā-
dus: q: lumē recuſat ⁊ nō ſol ipſe q̄ quā
tum in ſe eſt relucet ei. Ita reprehēſibi-
lis eſt hō q̄ reſiſtit gr̄e dei quā ipſe ſemꝑ
dare eſt parat᷒. Quid naq̄ culpe i fon-
te vberrimo ⁊ affluētiſſimo eſſe poteſt
ſi trāſiens quiſpiā ſiti defatigatus: ꝓ-
pria ſua negligētia illi᷒ aquā nō bibat?
Audite itaq̄ miſeri pctōres ⁊ intelligi-
te ſi ſaluari cupitis ſi peccatorum veniā
concupiſcitis: ſi celeſtem patriam anhe
latis. Aperite cor veſtrum ⁊ nō contem
natis gratiam dei vocantis: q: Apoca.
iij. c. dicit: Ecce ſto ad oſtiū ⁊ pulſo. Si
quis audierit vocem meam ⁊ aperuerit
mihi: intrabo ⁊ cenabo cū illo: ⁊ ille me
cū. Clamat equideꝫ deus benignus ad
aiaꝫ peccatricē illud qđ Cañ. v. c. ſcribi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur: Aperi mihi ſoror mea: ſponſa mea:
amica mea: colūba mea: formoſa mea.
Api. ſ. aīa ſoror mea: qꝛ tu ad imaginē
ꝛ ſimilitudinem meā facta es. Sponſa
mea: qꝛ ad hūc finē deſpōſaui te in fide:
vt mecū in celis in eternū regnare vale
as. Amica mea: qꝛ bñficioꝝ multitudīe
vt me cognoſcas: vt me diligas: a me
ꝑdotata es. Colūba mea vt mihi ſimili-
ter obedires ꝑceptis ꝛ monitis ſaluta-
ribus: a me bñ inſtructa ꝛ diſciplinata
es. Formoſa mea: qꝛ vt me ſolū formo-
ſuꝫ amares: ſumma pulchritudine a me
decoratā es. Aperi ergo mihi ꝛ me non
obiicias neqꝫ repellas.

¶ De exēplis q̄bus clare cōſtare pōt ꝙ
oēs pctōres ſi volūt poſſunt ſaluari: ꝛ ſi
nō ſaluantur: ideo eſt qꝛ nolūt nemine
ipſos cogente. Cap. iij.

Tertia cōcluſio dꝛ exemplari
tatis. Sunt quidē exempla
plurima q̄bus apparere pōt
ꝙ facile ſit ſaluari cum ſit h̄o
in volūtate vniuſcuiuſqꝫ ſi-
cut ſuperius diximus. Audiamus ergo
Augu. in li. de libe. arbi. Et notaꝛ in de-
creꝭ. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonoſor. vbi
egregius doctor adducit exēplū de na-
buchodonoſor ꝛ pharaone dicens: Na-
buchodonoſor penitentiam meruit fru
ctuoſam: nōne poſt innumeras impie-
tates flagellatus rex ille penituit: ꝛ re-
gnum qđ ꝑdiderat rurſus accepit. Pha
rao aūt ipſis flagellis durior eſt effect⁹
ꝛ periit. Hic mihi rōnem reddat q̄ diui
num conſilium nimiū alte ſapiēti corde
diiudicat cur medicamentū vnius medi
ci manu ꝯfectum: alij ad interitū: alij va
luerit ad ſalutē: niſi qꝛ xp̄i bonus odor
alijs eſt odor vite in vitā: alijs eſt odor
mortis in mortē. Quātū aūt ad naturā
ambo hoīes erant: quantum ad digni-
tatem ambo reges: quantum ad cauſaꝫ
ambo dei populū captiuū poſſidebant
quantū ad penā ambo flagellis clemen-
ter admoniti. Quid ergo fines eoruꝫ fe
cit eſſe diuerſos: niſi ꝙ vnus manuꝫ dei
ſuper ſe ſentiens: in recordatione ꝓprie
iniquitatis ingemuit: alter vō libero cō
tra dei miſericordiſſimam veritatē pu
gnauit arbitrio: hec ille. Pharao nāqꝫ
decē plagis a deo ꝑcuſſus non ſe humi
liauit: ſed populū dei perſequēs in ma
ri rubro ſubmerſus dānatus periit. Na
buchodonoſor vō poſt ſeptennē ꝑniāꝫ ſi-
ue ſui caſtigationē. vt dꝛ Dan. iiij. Le-
uauit oculos ad celum: ꝛ ſe deo humili
ans ad honoreꝫ regni decoremqꝫ venit.
ꝛ ſm Nico. de lyrā ſuper hoc paſſū Da-
nielis: ſaluus mortuus eſt: qꝛ ſcriptura
hiſtoriā illam in eius ſalutē terminat.
Patet ergo ꝙ nec Pharaoni nec nabu
chodonoſor ad diuerſos fines facta eſt
violentia. Eſt ꝛ huic ſimile exemplū pe
tri ꝛ iude diſcipulorum xp̄i. Petrus xp̄i
apl's: Judas xp̄i apl's. Peccauit petrus
negando xp̄m: peccauit iudas proden-
do xp̄m. Quid eſt ergo ꝙ Petrus poſt
peccatum xp̄o ſucceſſit in animarum cu
ra ꝛ merito coronatus beatitudinis pal
mam recepit. Judas vō ſe laqueo peri-
mens ꝛ ſuſpendēs damnatus eſt. Nul-
li dubium eſſe debet ꝙ ſi iudas ſaluari
voluiſſet vtiqꝫ ſe potuiſſet. Vñ de pe-
ni. diſt. ſ. c. his ptātis. dꝛ: Arbitror em̄ ꝙ
etiam iudas potuiſſet tanta miſeratio-
ne dñi nō excludi a venia: ſi penitētiam
nō ſoluꝫ apud iudeos: ſed apud chriſtū
egiſſet. hec ibi. Penituit inquies iudas
ſed cur veniā non accepit. Ad qđ facile
eſt reſpondere. Quia laqueo ſe ſuſpen-
dit. Et ideo in. c. Judas. de peni. diſ. iij.
dicitur penituit ſed male: nam laqueo
ſe ſuſpendit. Idem notatur in. c. Nihil.
ꝛ in. c. ſcelerator. eadeꝫ di. ꝛ in. c. nemo.
de peni. di. ſ. vbi dicitur: Nemo poteſt
bene agere penitentiam niſi ſperauerit
indulgentiaꝫ. Videns quippe iudas ꝙ
male egerat in ſingultibus ꝛ ſuſpirijs
prorupit dicens: Peccaui o me dolentē:
peccaui o me infelicem. Peccaui inquā
qꝛ tradidi ſanguinem iuſtum. O impie
iuda cur tuum peccatū cognoſcens nō
cucurriſti ad pedes ieſu chriſti: ſed poti
us ad pedes ſacerdotum etiam ſi illum
querere debuiſſes: ſiue ligatum ad colū

nam ſiue crucifixum: ſiue inter duos latrones pendentē. Si eo inuēto dixiſſes ei peccaui ieſu: q2 oſculo te tradidi i manus iniquoꝝ: vile p̄ciū ab eis ſuſcipiēs: ſtatim audiuiſſes vocē dulciſſimā eius dicentē tibi. Remittunt̄ tibi pctā tua. Nō hoc fecit iudas: ſed abiēs laqueo ſe ſuſpēdit: ⁊ ſic dānatus interijt. Petrus vo poſt trinā negationē ſi voluiſſet dānatus fuiſſet. Nullus eū induxit ad ſalutē: ſed ſentiēs cantū galli vt p̄dixerat ei xp̄s: ⁊ vidēs ſe a xp̄o reſpici: ſicut hr̄ Lu. xxij. egreſſus foras fleuit amare. Dicebat forte petrus. O quāta eſt iniq̄tas mea. O q̄ꝫ graue pctm̄. Negaui me ſcire xp̄m quē vidi: quē amaui: q̄ me tātū dilexit. Uidi eū ſup aquas ambulare: mortuos ſuſcitare: illuminare cecos: ⁊ mundare leproſos: ⁊ tn̄ dixi me eū nō vidiſſe O benigniſſime pr̄ mi negaui noſcere te quē aſperi ꝓprijs oculis trāſfiguratū in mōte: ⁊ captus formoſitate ⁊ pulchritudine maieſtatis tue dixi: faciam⁹ hic tria tabernacula. O pijſſime ſaluator mūdi tu me ad aplatum vocaſti: tu meos pedes lauiſti: tu mihi tua ſecreta mōſtraſti: ⁊ ego cū iuramēto negaui te. Parce mihi: indulge pctis meis: nō me deſpicias penitētē. O petre eſto ſecur⁹: q2 humilitas pn̄ie tue xp̄m inclinat ad veniā. Pepcit petro xp̄s quē nūc ſedere facit in gl̄ia regni celoꝝ. Que itaqꝫ difficultas eſt vt pctōres ſaluent̄: q̄ cum volūt pn̄t ſaluari. Audiāt pctōres oēs: q̄d loquar: q̄d cū veritate dicā. Si aīa peccatrix: diaboli ſerua: inimica dei: ⁊ grā ſpoliata: deleta ex libro viuētiū ꝓpter ſua ſcelera multa ⁊ nefandiſſima deo recōciliari voluerit: tanta eſt facilitas vt ad recōciliationē hmōi nō ſit expediēs necqꝫ neceſſariū expectare tp̄a lōga: non annos: nō mēſes: nō diē: nō horā: ſed vt ſic dicaꝫ in ictu oculi reuoluto corde ad deū cū cōpūctione ⁊ ꝓpoſito bn̄ viuēdi ipſo facto oīs culpa ceſſabit. O igit̄ reprehēſibilis humana duricies: o reprobanda negligētia pctōꝝ: o impietas humane mētis. Tā dulcis eſt via ſalutis oīb⁹ pplis: ⁊ tn̄ pauciſſimi illaꝫ ingrediunt̄. Clama ad deuꝫ o peccatrix aīa ⁊ dic ei. Miſerere mei. ⁊ ſtatim ſine vlla dilatione dabit tibi grām ſuā: quaꝫ offert oīb⁹ ad ſe recurrētibus: quos vocat ſicut pꝫ in themate di. Uenite. ſ. ad grām meaꝫ quam vobis liberaliter exhibeo. Hanc ipſe deus det nobis omnib⁹ vt peruenire tandem poſſimus ad eternam gloriam. Amen.

¶ De diuina charitate in quo oſtenditur q̄ꝫ ſuauis ⁊ benignus ſit deus benedictus ipſis peccatoribus vt ſaluentur que ſuauitas ad omnes ſe extēdit ⁊ nullum excipit. Sermo. ij.

VEnite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊c. vbi. ſ. Conat̄ antiquus hoſtis ſuggerere eis q̄ pctā priſtina deponere iā diſponūt ſentiētes facilitateꝫ voluntatis ſue: q̄ benignus deus cum multa exprobratione atqꝫ obiurgatiōe pctōres ad ſe redeūtes ſuſcipiat. Quod falſiſſimū eſſe cōſtat ⁊ ab oīni veritate alienū: cū rex ipſe ⁊ dn̄s oīm creaturarū penitētibus ſit totus blandus benign⁹ placabilis: dulcis: ſuauis: ⁊ pius. Quare in p̄nti ſermone ad cōfortationē oīm de ſc̄da flāma diuine charitatis q̄ ſuauitas dicta eſt diſſerem⁹: oſtēdētes q̄ꝫ immēſa ſit ſuauitas dei ad oēs ſub triplici radio illuſtrante. Eruntqꝫ hi tres radij tres ꝯcluſiones ꝯfirmātes hāc veritatē ſcꝫ q̄ deus ex ſuauitate ſua multa facit vt pctōres ſaluent̄: que nō faceret ſi nō vellet quātū in ipſo eſt ſaluos fieri oēs.

Primus radius dicitur beneficioꝝ communicatio.

Secundus radius dicitur diuturna ſupportatio.

Tertius radius dicitur abundās miſeratio.

¶ Ubi dicitur de immenſis beneficijs que deus exhibet cunctis peccatoribus oſtendens q̄ quantum in ſe eſt vult oēs ſaluari. Cap. j.

PRimus radius quo illuſtra-
mur ad cognoſcēdū dei ſua-
uitatē erga oēs dr̄ bn̄ficiorū
cōicatio. In principio cuius
q̄ro abs te o miſer homo: ſi
vnq̄ȝ cogitaſti q̄s ille ſit qui te ardētius
ceteris diligat. Reſpōdebis forte ꝙ pr̄
tuus vel mater tua: vel ſoror tua: ꝛ hu-
iuſmodi. Sed certe ignoras verū ama-
torē tuū. Deus hic eſt: de quo dicit Hu-
go de arra ſpōſe. Spōſum habes ꝛ ne-
ſcis pulcherrimū oīm ꝛ faciē eius nō vi-
diſti. Ipſe em̄ te videt: q̄ꝛ niſi te videret
non te diligeret. Noluit adhuc ſeipſum
p̄ſentare: ſed munera miſit arram dedit
pignus amoris. hec ille. Verba iſta ſunt
(poteris dicere) de illis q̄ iuſti q̄ boni
ſctiq̄ȝ ſunt hos deus amat: hos diligit:
hos amplectit̄ vincula charitatis. Pec
catores v̄o quō diligit deus: cū neque-
at eſſe amor vbi eſt inimicitia ꝛ odium.
Scribit nāq̄ȝ Aug. xij. lib. de ciui. dei. c.
iij. di. Dicunt̄ in ſcripturis inimici dei q̄
nō natura ſed vitijs eius aduerſantur
imperio: nihil ei nocere valētes: ſed ſibi
inimici ſunt reſiſtēdi volūtate nō pote-
ſtate ledēdi. Et idē ſcio deū inimicū om
ni crimino ſo. Et de hoc inſup h̄r Sap.
xiiij. vbi dr̄: Abominabilis eſt deo impi
us ꝛ impietas eius. ꝛ Eccli. xij. Altiſſi-
mus odio habet pctōres. ꝛ Iudith. v.
Deus pctōꝝ odit iniquitatem. ꝛ Dauid
loquēs ad deū dicit pſ. xxx. Odiſti oēs
obſeruantes vanitatē. Ad hoc reſpōde-
re poſſumus ex dictis Bona. in. iij. diſt.
xxxij. q. ij. ꝙ deus nō dr̄ creaturam dili-
gere rōne affectionis animi: ſed rōne cō
municationis alicuius boni. Ita ꝙ di-
lectio dei dicitur potius eſſe dilectio ef-
fectus q̄ȝ affectus. Cōicatio aūt bonita
tis diuine ſi attendatur quantū ad effe
ctum gratie non ſe extēdit ad pctōres.
Iō p̄pter hm̄ōi boni ſubtractionē di-
citur illos odire: ꝛ ſic intelligunt̄ auto-
ritates preallegate. Sed cōicatio alioꝝ
beneficiorum ꝛ bonis ꝛ malis eadē eſt.
Ob quod ꝛ malos deus diligit: non vt
malos: ſed ſua illis beneficia tribuens:
vt boni fiāt. Sunt aūt inter cetera tria
beneficia que ꝛ bonis ꝛ malis tribuun
tur a deo: ſcꝫ

Primū eſt creationis.
Scōm eſt ſociationis.
Tertiū eſt gubernationis.

¶ Primum eſt beneficium creationis.
Quiſnam eſtimet quantum bonum eſt
eſſe in numero creaturarum nō quarū-
cunq̄ȝ: ſed rationabilium. Nullo quidē
p̄cio emi poſſet vnus ex oculis: aut ali-
quod ex membris noſtris. Multo min⁹
aliqua anime potentia cuiuſcunq̄ȝ the-
ſauro p̄cioſo poterit comparari. Et q̄s
eſt qui omnibus dedit animam cuꝫ po
tentijs: ꝛ corpus cum ſenſibus niſi de⁹.
Dedit autem hoc ex mera liberalitate
ſua. Hinc eſt ꝙ Lactan. in. ij. li. diui. in
ſtitu. aduer. gen. dicit: Deus veri patris
officio functus eſt. Ipſe corpus effinxit
ipſe animam quam ſpiramus infudit:
illius eſt totum quicquid ſumus. hec il-
le. ꝛ Bern̄. in ſermone quodam. Parum
tibi videtur homo. Cogita qualeꝫ te fe
cit. Nempe ſm̄ corpus egregiam creatu
ram: ſm̄ animam magis: vtpote imagi
ne creatoris inſignem rationis partici-
pem: beatitudinis eterne capacem. Por
ro ambo ſibi coherere fecit: artificio in-
comprehenſibili ſapientia inueſtigabi
li. Nec hoc ante promeruit: qui ante nō
fuit. Nec ſpes retributiōis fuit: quoniā
bonorum noſtrorum nō indiget. ¶ Se-
cundum beneficium dicitur aſſociatio-
nis. Magnuꝫ q̄ppe hoc eſt vt vnuſq̄ſq̄ȝ
habeat ſocium angelū. Unde dicit Hie
ronymus ſuper. xviij. c. Matthei. Et po
nitur. ij. ſen. diſtin. xj. Magna eſt digni
tas animarum vt vnaqueq̄ȝ ab ortu ſue
natiuitatis in ſui perfectionem ꝛ cuſto
diam habeat angelum ſpecialiter dele-
gatū. In qua autoritate tria notant̄ a
doctoribus theologicis. ¶ Primū notā
dum ſm̄ Alexan. de ales. in. ſ. ſum. q. xlj.
mē. iiij. ar. ij. ꝛ Archidiaconū ſup. c. fir
miſſime. de ꝯſe. di. iiij. ꝙ eſt duplex nati
uitas. ſ. in vtero ꝛ ex vtero. ¶ Prima eſt
quando aīa creat̄ ſimul ꝛ infundit̄ cor-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poꝛi. Secunda vͦ eſt qn̄ erit de ventre
matris. Angelus aūt deputatur homi-
ni a pꝛima natiuitate: licꝫ in vtero non
ante. Nec debuit etiam poſt iſtā differ-
ri. Ratio eſt ſm Bon̄. in. ij. di. xj. in de-
claratione littere: ꝙ illa cuſtodia prin-
cipalius reſpicit ſpm̄ ꝙ̄ coꝛpꝰ. Et ideo
non debet ſpecialem angelum ad ſuam
cuſtodiā habere anteꝙ̄ ſpūs infundatᷓ.
Non debet etiā differri: quia ex tūc de-
fendere poteſt ⁊ adiuuare. Utrū autem
ꝙ̄diu paruulus caret vſu rōnis aliquē
occultū effectū habeat quantū ad habi
litatem ⁊ directionē in bonū: rationem
aſſignare eſt difficile: ſed negare nō eſt
tutū. hec Bon̄. ¶ Secundū notandum
ꝙ angelus nō deſerit obſtinatū in pec
catꝭ vſqꝫ ad moꝛtē. Ratio eſt ſm Bon̄.
in. ij. diſtin. xj. ar. ij. q. j. quia pꝛonioꝛ eſt
bonus angelus ad adiuuandū: ꝙ̄ ma-
lus ad perdendū. Sed malus angelus
hominē nō derelinquit vſqꝫ ad moꝛtē
etiam quātūcunqꝫ ſanctū: ſic et bonus
quantūcūqꝫ ſceleratū nō dimittit vſqꝫ
in finē. ¶ Tertiū notandum eſt ꝙ ange
lus beatus pꝛopter cuſtodiā hominis
non eſt inferioꝛ homine viatoꝛe: neqꝫ
indignioꝛ: cum illud fiat ex dulcedine
ſummi dei: qui homini oſtēdere voluit
benignitatē ſuam: que tanta eſt vt an-
gelos ſuos mittat: qui homines habēt
adiuuare. De hoc autē auxilio ⁊ ange-
loꝝ cuſtodia ſuo loco alꝭ dicturi ſumꝰ.
Nunc vͦ tn̄ tetigiſſe ſufficiat: ꝙ deus
benedictus ita deputauit angelos ad
cuſtodiā iniquoꝝ: ſicut ad cuſtodiā bo-
noꝛum. ¶ Sed hic incidit dubiū non
immerito diſcutiendū. ſ. vtrū deus ma
gis diligat hominē ꝙ̄ angelū: vel econ
uerſo. Et ꝙ magis diligat angelū oſtē-
ditur ſic. Maioꝛ dilectio ⁊ minoꝛ atten
ditur ſm maioꝛē ⁊ minoꝛē cōmunica-
tionem diuine liberalitatis: ſed deꝰ ꝑ
vno ſolo motu angelū gloꝛificauit qđ
non facit hominibꝰ: ergo eſt eis libera-
lioꝛ ꝙ̄ nobis: ergo magis angelos dili-
git ꝙ̄ nos homines. Itē angeli magis
diligūt deū ꝙ̄ homines ꝓ eo ꝙ nullam
habent retardationem qua impedian-
tur ne totaliter poſſint tēdere in deum
ergo ſi deus magis diligit diligētes ſe:
videtᷓ ꝙ magis diligat angelos ꝙ̄ nos
homines. Contra. Dicitur ad Heb. ij.
Nuſꝙ̄ angelos appꝛehēdit: ſed ſemen
Abꝛae. Sed illud fuit potiſſimū ſignū
dilectionis et familiaritatis diuine ꝙ
aſſumeret noſtrā naturā creatā in vni-
tate perſone ſue. Ergo magis videtᷓ ꝙ
dilexerit naturam humanā ꝙ̄ angelicā
Itē Joh. xv. Maioꝛē charitatē nemo
habet ⁊c. Sed deus poſuit aīam ſuam
pꝛo hoībus ⁊ non pꝛo angelis: ergo vi
detur ꝙ magis dilexit homīes ꝙ̄ ange
los. Itē illā naturā magis diligit quā
in altioꝛi gradu honoꝛis ꝯſtituit: ſꝫ deꝰ
humanā naturā in vtroqꝫ ſeru angeli-
cis ſpiritibus ſuperpoſuit. ſ. xp̄m ⁊ eiꝰ
nobiliſſimam matrē: ergo videtᷓ ꝙ hu-
manam naturā magis diligat ⁊ magis
dilexit ꝙ̄ naturā angelicā. Huic que-
ſtioni Bon̄. rn̄det in. iij. diſt. xxij. q. iiij.
dicēs: ꝙ cū deus dicatur diligere crea-
turaꝝ effectu: ſm ꝙ duplex eſt effectus
pꝛincipalis dei reſpectu creature rōna
lis: ſm hoc poteſt dilectio dei maioꝛ et
minoꝛ dupliciter cōſiderari. Eſt aūt du
plex effectus. ſ. conditionis ⁊ reparatio
nis. Si loquamur de dilectiōe dei quā-
tū ad affectū conditionis: ſic magis di
lexit angelos quia melioꝛa cōtulit eis
naturalia et magis potētes eos fecit.
Si vͦ loquamur quantū ad affectū re
paratiōis: ſic magis dilexit hoīes ꝙ̄ an
gelos qm̄ āgelos deſeruit: hoīes vͦ re-
parauit ſeu releuauit. Si autē ꝙras ꝗ
illaꝝ dilectionū magis excedat aliquā
tunc reſpondendū eſt: ꝙ eſt loqui de ex
ceſſu dilectionis ſm ſtatū pꝛeſentem: ⁊
ſm ſtatum finalem. Scđm ſtatum pꝛe
ſentem magis dilexit angelos ꝙ̄ homi
nes. Scđm ſtatū finalis gratie in quo
erit reparatio cōſummata: videtur ra-
tionabiliter poſſe dici: ꝙ magis diligat
homines. De pluribus eīn habebit ho
mines. De pluribus eñ habebit hō- 
mo in paradiſo: vn̄ gratus ⁊ deuotꝰ ex
ſtat deo ꝙ̄ angelicus oꝛdo. Tum ꝓpter

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

beneficiū creationis: tum ꝑpter beneficium incarnationis. Et ſic pꝫ ad obiecta reſpōſio. Nā prime rationes concludūt ſm effectū cōditionis: alie ſm effectū reparationis habito reſpectu ad finalē ſtatū. Hec Bon. Dictū eſt ſatis de dilectione hoīs ⁊ angeli reparatione. Nos vero a deo ſingulariter dilectos homines cognouim⁹: qbus angelicos ſpiritus dignat⁹ eſt ſociare: a quoꝝ ſocietate alieni nō ſunt infideles: nō iudei: nō heretici: nō deniqꝫ mali xpiani. O ſuperna dei pietas cur hoc facis. Cur angelos ad cuſtodiā non tm̄ amicorū: ſed etiam inimicoꝝ tuoꝝ deputas. Profecto nō ob aliā cauſam: niſi vt tua a cunctis noſcatur ſuauitas: qua etiā peccatores ad tuā euocas charitatē. Quiſnā eſt qui oēs homīes gubernat: oēs alit: omneſqꝫ paſcit. Ille ꝓculdubio de quo dicit̄ in pſ. xxiij. ⁊ decret℥. di. viij. c. quo iure. et ex̄ de deci. in. c. tua nobis. Dñi eſt terra ⁊ plenitudo eius: orbis terraꝝ ⁊ vniuerſi qui habitāt in eo. Ipſi⁹ nāqꝫ ſunt omnia celū ⁊ terra mare ⁊ oīa elementa: luna: ſol: ſtelle: arbores: plante: ⁊ cuncta que ſunt in mūdo: a qb⁹ bñficiū ſuſcipiunt ingrati pctōres. Vñ Hugo de arra ſponſe ait: Reſpice vniuerſum mundū iſtū ⁊ conſidera ſi aliqd in eo ſit quod tibi non ſeruiat. Omnis natura ad hunc finē dirigit curſum ſuuꝫ. vt obſequijs tuis famuletur ⁊ vtilitati deſeruiat tuiſqꝫ oblectamentis pariter ⁊ neceſſitatibus ſm affluentiam indeficientem occurrat. Hoc celum: hoc mare: hoc aer: cum his que ſunt in eis vniuerſis explere non ceſſat. Hec ille. Videamus ergo ꝙ̄ multis quātis ac quibus bonus deus omnia illa largitur. Propterea Matthei. v. dicitur: Pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos: et ſolē ſuū oriri facit ſuper bonos et malos.

¶ Qualiter deus ex abundanti pietate ſua non ſtatim punit peccatores: ſed eos expectat longo tempore ſolum vt conuertantur.

Capitulum. ij.

SEcūdus radius quo illuſtramur ad cognoſcēdā dei ſuauitatē ḋr diuturna ſupportatio. Nullus quidē eſt tā inſane mentis qui nō cognoſcat luce clariſſima peccatū ſumme diſplicere deo. Ob qḋ ſtatim mortali pctō ꝑpetrato meretur peccator eternas penas ſubire. Certiſſimum eſt aūt ꝙ de⁹ in tā ſeue punitionis executione potentiam habet ⁊ facultatē: cui nemo reſiſtere poteſt ⁊ tm̄ tolerat patiēter: nō vnū tm̄: ſꝫ plures: ⁊ ꝙ̄ innūeros peccatores nefandiſſimis ſpurciſſimis horridiſqꝫ pctīs fedatos: de qbus ḋr Eccl'ſ. j. Stultorū infinit⁹ eſt numerus. Quot nāqꝫ ſunt in hac vita erūnoſa hmōi in ſtulticia laborantes idolatre: heretici: ſciſmatici: excōicati: ꝓditores: ſacrilegi: ſeditioſi: detractores: ſuſurratores: bilingues: falſarij: periuri: deceptores: mendaces: vſurarij: ſortilegi: malefici: incātatores elati: ſuperbi: inanis glīe cupidi: hypocrite: iroſi: guloſi: blaſphemie luſores: fornicatores: adulteri: ſodomite: tyrāni dñi ⁊ crudeles: ꝓprietarij religioſi non officiātes: clerici: ſigilli pnīe fractores: ſimoniaci dei tēpla ingredientes et habitantes irreuerēter: aduocati ⁊ ꝓcuratores ſine veritate ⁊ ſine iuſticia: ſemel in anno non cōfitentes ⁊ cōicātes communionē in peccato mortali ſuſcipientes: ⁊ alijs plurib⁹ vitijs obnoxij: quos expectauit de⁹ ⁊ tolerat patiēter quoſdam ad vnū annū: quoſdam ad duos: quoſdā ad vltimū vite ſue? Cur nō periclitant̄ ſubito tot pctōres q̄ merent̄ viui deſcēdere ad infernū? Cur nō aperit̄ terra et deglutit eos? Cur tanto tp̄e vt prediximus primo radio diuinis beneficijs perfruunt̄. O ſuperexcelſa latitudo diuine charitatis? O pelagus infinitū diuini amoris. Exaltant̄ impij ⁊ ſupbi mortales cōtra deum: ⁊ ipſe nō ſtatim priuat illos ſalute ꝑpter affluētiſſimā charitatem ſuam. Vñ Sap. xj. ḋr: Miſereris omnium dñe: quia oīa potes: ⁊ diſſimulas pctā hoīꝫ ꝑpter penitētiā.

Et.ij. Pet.iij.c. Deus patiẽter agit propter nos: nolens aliquẽ perire: ſed oẽs ad penitẽtiam reuerti. Peccatores aũt nõ corriguntur ex diuina expectatione ſed potius malicia ꝓpria obdurant in mẽte. Hic apl's Rom.ij.c. ait: An ignoras qꝛ benignitas dei ad penitentiã te adduxit. Tu aũt ſm duriciã tuã ꝛ impenitẽs cor theſaurizas tibi irã in die ire ꝛ reuelationis iuſti iudicij dei. Siq̇dẽ ſi eſſet aliq̇s potẽs qui in poteſtate ſua haberet filij ſui interfectorẽ: nõne benignus eſſet ſi eũ viuere ꝑmitteret. Igit̃ a ſimili: peccando noſmetipſos qui ſumus filij dei interficimus ſpiritualr̃: et tñ deus ſinit nos viuere vita tẽporali: ꝛ etiam vita ſpũali per quã nos filij dei ſumus. Qḋ ꝟo peccantes nos interficimus ꝓbat̃. Sap.xvj. Homo ꝑ maliciã occidit animã ſuã in ſe. Peccando etiã filiũ dei ieſum xp̄m qui in nobis eſt interficimus. Vñ Heb.vj. Rurſus crucifigentes ſibimetipis filiuꝫ dei. Et glo. ſuꝑ Mat. Vere oĩs hõ malus quantũ ad voluntatem ſuam: et manus mittit in deum et occidit eum.

¶ De abũdantia diuine miſericordie: q̃ tanta eſt vt peccata omnia et ſuperet ꝛ antecedat. Capitulum.iij.

Tertius radius quo illuſtramur ad cognoſcendum dei ſuauitatẽ dr̃ abũdans miſeratio. Multa q̇ppe eſt mĩa dei pctõrib⁹ ad ſe ꝯuertentibus exhibita. Sed quõ dices hoc põt eſſe verꝫ: cũ Damaſcenus dicat lib.ij.c. xiij. mĩa eſt triſticia in alienis malis. ſꝫ in deo nulla eſt triſticia: ergo nec mĩa. Ad qḋ reſpondet̃ ſm Rich. in.iiij. diſt. xlvj. ar.ij.q.j. ꝙ hic mĩa importat duo. Vnũ tanq̈ eſſentiale: aliud tanq̈ accidẽtale. Primũ eſt prõptitudo volũtatꝭ ad ſubueniendũ miſeris in qua eſt totum virtutis mĩe eſſentiale. Secundũ ꝟo eſt paſſio triſticie: que oritur in appetitu ſenſitiuo ex cognitiõe miſerie alterius. Quantũ ad ſcḋm nõ eſt in deo miſericordia: ſed quantum ad primum eſt ſumme miſericors: ita ꝙ miſericordia eſt in eo ſm effectũ: ꝛ nõ ſm paſſionis defectũ. Cõcordat his Bon. ꝛ Scotus.xlvj. di.iiij. ꝛ Alex. in.iiij. ſumme. ꝛ Tho.j. parte.q.xxj.ar.iij. Hic eſt ꝙ Anſelmus in monologion loquẽs ad deũ ait: Miſericors es: qꝛ miſeros ſaluas: peccatoribus parcis. Miſericors non es: qꝛ nulla miſerie cõpaſſiõe afficeris. Quanta aũt ſit latitudo huius diuine mĩe: ptꝫ in ſacra ſcriptura decretorũq̈ ſententijs. Et primo ſapiẽs Eccli.xvij.c. ait: Magna mĩa dñi: ꝛ ꝓpitiatio illi⁹ conuertentib⁹ ad ſe. Quis adijciet enarrare mĩas dei. Eccli.xviij. Letetur anima veſtra in mĩa eius. Ibidem.lj.ca. Tu aũt deus noſter ſuauis ꝛ verus es: ꝛ in miſericordia diſponens oĩa. Sap. xv. Exo.xxxiiij. Dñator dñe deus miſericors ꝛ clemẽs patiẽs ꝛ multe mĩe ꝛ verax. ꝛ Eſa.liiij. dicit dñs: In mĩa ſempiterna miſertus ſum tui: dicit redẽptor tuus dñs. Derelinquat impius viam ſuã ꝛ vir iniquus cogitationes ſuas: et reuertatur ad dñm ꝛ miſerebitur eius. Eſa.lv. Inuocabis ꝛ dñs exaudiet: clamabis ꝛ dicet adſum: qꝛ miſericors ſuꝫ dñs deus tu⁹. Eſa.lviij. Conuertimini ad dñm deũ veſtrũ: qꝛ benignus ꝛ miſericors eſt: patiẽs ꝛ multe mĩe: ꝛ preſtabilis ſuper malicia. Johel.ij. Magnificata eſt vſq̈ ad celos mĩa tua. pſ.lvj. Tu aũt dñe ſuauis ꝛ mitis: ꝛ multe miſericordie omnibus inuocãtibus te. pſ. lxxxv. Laudate nomen eius qm̃ ſuauis eſt dñs in eternũ mĩa ei⁹. pſ.xcix. Magna eſt ſuꝑ celos mĩa tua. pſ.cvij. De peni.di.j.c. vide. Pius eſt dñs ꝛ miſericors qui vindictã tẽperat ab eo q̇ illam penitẽdo preuenit. et de peni.di.j.c. qꝛ diuinitatis natura. Hiero. ait: Q̈ diuinitatis natura clemens eſt et pia: magiſq̈ ad indulgentiã prona q̈ ad vindictam: que non vult mortẽ peccatoris ſꝫ vt cõuertatur ꝛ viuat. Si quis poſt lapſum peccatorꝫ ad verã pñiam ſe cõuerterit cito a vero mĩe iudice veniã impetrabit. ꝛ de peni. diſtin. prima. c. nouit

dominus.et.c.ſi agam⁹.et.c. ꝙobrem.
.xxij.q.iiij.c.vnuſquiſcꝫ.ꝛ.c.incōmu⸗
tabilis. Nouit deus mutare ſententiā:
ſi tu noueris mutare ꝓpoſitū.i.emēda
re delictū. Quid faciūt ergo peccatores
cur nō ad deū reuertantᷓ qn̄ tātā mīam
peccatores ipos ſuſcipientē inueniūt⸗
Inqt em̄ Greg.in homel. Qui ſtare cō
tēpſit ſaltē poſt lapſum ſurgat. Reuer⸗
tētes nos dn̄s clementer amplectiᷓ:qꝛ
peccatoꝝ vita eſſe indigna iam nō pōt
que fletibus ſaluatur. hec ille. Et de pe
ni.di.j.c.in actione.ꝛ ꝑ pſalmiſtā pſ̄.l.
Cor cōtritū ꝛ humiliatū de⁹ nō deſpi⸗
cies.et ꝑ Ezech.xviij.c.dn̄s dicit: Nolo
mortē peccatoris:ſꝫ vt ꝯuertatᷓ ꝛ viuat.
Reuertimini et viuite. Pauluſcꝫ ad
Eph.ij.dicit: Deus diues eſt ī mīa. Et
iterū.ij.Coꝝ.j. Bn̄dictus deus et pater
dn̄i noſtri ieſu xp̄i pater miſericordiaꝝ.
Que oīa conſiderans deuot⁹ Bern̄.ſuꝑ
cantica ſermone.xxij.ait: O iſto propter
manſuetudinē que de te predicatᷓ cur⸗
remus poſt te dn̄e ieſu: audiētes ꝙ nō
ſpernas pauperē:peccatorē non horre⸗
as. Non horruiſti cōfidētē latronē: nō
lachrymātē peccatricē: nō chananeam
ſupplicantē: nō deprehenſam in adulte
rio: nō ſedentē in theloneo: nō ſuppli⸗
cantē publicanū: nō negātē diſcipulū:
non perſecutorē diſcipuloꝝ: non ipſos
crucifixores tuos. hec ille. Nihil ergo ī
deo auſterū: nihil terribile eſt ad ſe ve⸗
niētib⁹ peccatoribus. Ideo clamat: Ue
nite ad me operātes iniquitatē. Ueni⸗
te ad me flumen indeficiens oīs chari
tatis. Ad me qui vos creaui. Ad me qui
vobis contuli tanta beneficia. Ad me
qui multis annis vos expecto. Ad me
qui dulciſſime vos inuito. Ad me qui
vos benigne ſuſcipio. Ad me qui vobis
indulgeo. Ad me veſtrum creatorem: q̄
paratus ſum dare vobis felicitatem re
gni celorum: quam nobis concedere di
gnetur qui eſt benedictus in ſecula ſe⸗
culorum. Amen.

¶ De diuina charitate: in qua declara⸗
tur quare deus benedictus ꝛ glorioſus
multa peccata ꝛ omnia cuiuſcūcꝫ gra⸗
uitatis remittit vere penitētibus ad ſe
redeuntibus. Sermo.iij.

Uenite ad me
oēs qui laboratis ꝛ one
rati eſtis. Iterū vbi.ſ̄.
Et ſi quodcūcꝫ peccatū
mortale qꝛ contra deum
cū ſit infinitū bonū: malū infinitū me⸗
rito dici poſſit: verūtamen vnuꝫ altero
grauius eſſe reſpectu alicuius circūſtā⸗
tie: nullus ſane mētis ambigit: imo et
plericꝫ peccatores lꝫ alios penitētes vi
deant: tn̄ ſe illis grau⁹ errare rōne co⸗
gnoſcūt: rōecꝫ iudicāt. Ob qđ ī dubiū
venit. Si diuina charitas ad oē pecca
ti genus ꝛ ad quoſcūcꝫ pctōres ſe extē⸗
dat. Qđ q̄dē ſaluator noſter ſoluit ī ver
bis ꝑmiſſis: cū dicit: Uenite ad me oēs
ſcilꝫ pctōres. In q̄bus verbis tertia flā
ma diuine charitatꝫ exprimitur: de qua
in preſenti dicendum eſt ſub triplici cō
cluſione: videlꝫ

Prima vocatᷓ volitiōis.
Scđa vocatᷓ remiſſiōis.
Tertia vocatᷓ dānatiōis.

¶ Qꝛ deus ſuauis eſt omnibus: et qua⸗
liter intelligitur illud dictum apoſtoli:
ꝙ vult omnes ſaluos fieri: cum tn̄ non
omnes ſaluentur. Capl'm.j.

Prima ꝯcluſio dicitur volitio
nis. In qua ſcire debem⁹ ꝙ
deus gratioſus quātū in ip⸗
ſo eſt vult oēs ſaluos fieri.
Iuxta illud pſ̄.cxliiij. Suauis dn̄s vni
uerſis ꝛ miſeratiōes eius ſuꝑ oīa opa
eius. Apl's autem.j. ad Timoth.ij.lo⸗
quēs de liberaliſſima voluntate dei di
cit: Oēs homīes vult ſaluos fieri: et ad
agnitionem veritatis venire. Sed non
immerito dubiuꝫ oritur: quia cum non
omnes ſaluentur: videtur ꝙ voluntas
dei nō ſit efficax: vel dictuꝫ apoſtoli eſt
minus verum. Ad quod declarandum
dicit doctor ſeraphicus Bonauentura
in.j.diſt.xlvj.q.j.ꝛ Nicolaus de lyra ſu
per hoc paſſu ꝙ dictuꝫ apoſtoli tribus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

modis exponitur. Uno modo vt ſit ibi
diſtributio accommoda ſicut ⁊ hic. Oīs
homo timet in mari. Scdm̄ enim cōem
modum loquendi intelligitur qui eſt in
mari. Similiter Augu. exēplificat: vt ſi
dicatur: Magiſter iſte docet oēs pue-
ros de ciuitate: q꞉ ſcʒ docet illos qui ad-
diſcūt. Nullus em̄ docet niſi per ipſum.
Sic in propoſito pōt eſſe ſenſus. Deus
vult ſaluos fieri oēs hoīes qui ſaluan-
tur: q꞉ nullus ſaluatur niſi velit deus.
¶ Secundo modo pōt exponi vt ſit ibi
diſtributio pro generibus ſingulorum:
⁊ nō pro ſingulis generū. Sicut cū dici
tur: Oīe aīal fuit in arca Noe: quia de
oībus generibus animaliū fuerunt ibi
aliqua indiuidua. Et deus de om̄i gene
re vult aliquos ſaluos fieri. ſ. de grecis:
de latinis: de prelatis: ⁊ de ſubditis: et
de omni genere. Et ſic exponit magiſter
ſentētiarū in textu di. xlvj. j. libri. ¶ Ter
tio modo poteſt exponi de volūtate dei
antecedēte ⁊ nō cōſequēte. Volūtas an
tecedēs eſt qua ds̄ vult aliqd abſolute.
Volūtas aūt que eſt conſequēs eſt qua
ds̄ vult aliquid cōſideratis circūſtātijs.
Volūtas antecedēs eſt voluntas reſpe-
ctu eiuſdē ꝑpter qd̄ deus hoīem facit: ⁊
eſt irrefragabiliter bonoꝝ. Volūtas con
ſequēs eſt qua vult aliqua ſm̄ preſcien
tiam meritoꝝ. Differētia aūt inter hāc
⁊ illā voluntatē nō eſt ſm̄ diuerſitatem
affectionis ſiue modi volendi qui ſit in
deo: ſed ſm̄ rationē cōnotandi ⁊ intelli
gēdi. Prout em̄ dr̄ deū velle ſalutē oīm
antecedēter: cōnotatur in oībus homi-
nibus ordinabilitas ad ſalutē. Tum ex
parte nature date. Tum ex parte gratie
oblate. Dedit em̄ de⁹ naturā ſm̄ quā ip-
ſum poſſent cognoſcere: cognitū quere-
re: ⁊ queſitū inuenire ⁊ inuento inhere-
re: ac per hoc ſalutē obtinere. Gratiā ſi-
mili mō obtulit dū filiū miſit: cui⁹ pre-
cium oīm ſaluti ſufficit. Leges etiam et
mādata ſalutis tribuit ⁊ oſtendit. Ipſe
inſup ꝓpe eſt oībus inquirentibus: et
oībus inuocātibus eū. Velle ergo homi
nē antecedēter ſaluare nō cōnotat ſalu-
tem. Velle autē cōſequenter ſaluare eſt
velle dare ſalutē ei quē ſcit ad ſalutem
peruenturū ꝑ ſuū auxiliū ⁊ gratiā: ⁊ cō-
notat ſalutis euentū. Et ſic nō eſt dice-
re ꝙ de⁹ vult oēs hoīes ſaluos fieri.

¶ Qualiter de⁹ penitētibus peccatori-
bus remittit omne genus pcti: et quo-
modo intelligit̄ de pctō ī ſpiritūſanctū
ꝙ ſit irremiſſibile. Capm̄. ij.

SEcūda cōcluſio dicit̄ remiſſio
nis. Si em̄ deus vult oēs ho
mines ſaluos fieri qui ſalua-
ri volūt: adhuc remanet du-
bium de peccato in ſpiritūſanctū. Poſi-
to em̄ ꝙ aliquis peccaſſet in ſpm̄ſctm̄ ⁊
reuerti velit vtrū deus talē ad veniā ſu
ſciperet? Et videt̄ ꝙ nō: q꞉ pctm̄ ī ſpiri-
tūſanctū eſt irremiſſibile. Pꝫ ꝑ Aug. li
bro de fide ad Petrū: vbi ait: Vis ꝙ pec
cāt in ſpiritū ſanctū: neqꝫ hic: neqꝫ in fu
turo remitti dicim⁹. Vis rn̄dēdū eſt ſm̄
magiſtrū ſen. diſ. xliij. ij. libri. ꝙ peccatū
in ſpiritūſanctū vix aut raro: aut diffi-
culter remittit̄. ſm̄ em̄ Alexā. de ales in
iij. ſumme. q. j. mem. ij. ar. ij. vbi tractat
de remiſſione peccati Ade: peccatum tri
pliciter dr̄ irremiſſibile: ſcilꝫ

Negatiue.
Priuatiue.
Contrarie.

¶ Negatiue eſt irremiſſibile illud quod
nullo mō pōt remitti. Et iſto modo eſt
irremiſſibile peccatū luciferi ⁊ alioꝝ dā
natorum. ¶ Priuatiue dicitur irremiſſi
bile qd̄ nō hꝫ aliqd dignū vt remittat̄.
Et ſic oīe pctm̄ mortale eſt irremiſſibi-
le: q꞉ nullū pctm̄ mortale habet aliquid
per qd̄ ſit dignū remiſſione. ¶ Cōtrarie
dō dr̄ irremiſſibile: q꞉ hꝫ cōtrariā diſpo-
ſitionē ad gratiā: ſine qua nullo mō po-
teſt peccatū remitti. Et iſto mō eſt irre-
miſſibile pctm̄ in ſpiritūſanctū: q꞉ dire-
cte eſt cōtra effectū ſpūſancti qui quidē
dr̄ gratia penitentialis. Huius aūt pcti
ſex ſunt ſpecies: vt pꝫ per Aug. in Enchi
ridion: ⁊ de fide ad Petrum. ⁊ in lib. de
ſermone dn̄i in monte. ⁊ in lib. de ba-
ptiſmo paruulorum: videlꝫ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deſperatio.
Preſumptio.
Jnuidia fraterne gratie.
Obſtinatio.
Finalis impenitētia.
Jmpugnatio veritatis agnite.

¶ Quartuȝ ſpecierū numerus aſſignat̃ ſm Boñ. in. ij. diſt. xliij. ar. iij. q. j. vbi dicit: ꝙ cū peccatū in ſpiritūſanctū ſit cōtra penitentialē gratiā: tūc aut eſt contra ipſam rōne ſui: aut rōne antecedentium: aut rōne ſubſequentiū. Si ratione antecedentiū: cū ad penitentiā antecedant timor ⁊ ſpes tanq̈ȝ due mole: cōtra timorē eſt preſumptio: cōtra ſpē eſt deſperatio. Si ratione cōſequentiū: cū ad penitentiaȝ cōſequatur emenda que cōſiſtit in duob⁹. ſ. in vera confeſſione ⁊ vera ſatiſfactione: ſic ſumūtur due ſpecies: quarum vna eſt impugnatio veri agniti: alia eſt deteſtatio boni. Si rōne ſui: ſic eſt obſtinatio que cōprehēdit etiā finalē impenitētiā. Dicit̃ ergo peccatuȝ in ſpiritūſanctū irremiſſibile magis q̄ꝫ aliorum peccatorū genera: pro eo ꝙ nō tm̄ repugnat gratie: ſed etiam diſpoſitioni ad veniā ⁊ gratiā ſuſcipiendā. Remiſſibile aūt eſt tum ratione diuine potētie remittētis: tum q: homo pōt de illo penitere: excepto pctō finalis impenitentie. Hec autē finalis impenitētia dr̄ dupliciter ſicut ⁊ perſeuerātia. Nā perſeuerātia vno mō dr̄ ꝓpoſitū pſeuerandi. Alio mō dr̄ cōtinua pmanentia in bono vſq̈ȝ in finē. Sic ⁊ impenitētia vno mō dr̄ ꝓpoſitū nō penitēdi. Alio mō dr̄ cōtinua pmanētia ī malo. Jmpenitētia primo mō put dr̄ ꝓpoſitū nō penitēdi eſt pctm̄ irremiſſibile: q: vix remittit̃ eo ꝙ tale ꝓpoſitū claudit viā ad grām et impedit ingreſſum ſpūſſancti. Tn̄ poſſibile eſt ꝙ illud pctm̄ interdū licȝ nō ſemꝑ remittat̃. Sed impenitētia ſcd̄o mō dicta nullo mō poteſt remitti. Hec aūt nemini eſt attribuenda vſq̈ȝ ad illud inſtans in quo poſſet dici de aliquo ꝙ finaliter ſit impenitens.

¶ De pctō dānatorum ꝙ talibus etiā remitteret ſi ipſi verā pniam facerēt: et ꝙ pnia eorum nihil valet. Capm. iij.

Tertia cōcluſio dr̄ dānationis. Nā licȝ ea q̄ dicta ſunt locum habeāt in his q̄ peccāt in via ⁊ emēdantur dū viuūt in hoc ſeculo: tn̄ nullo pacto extēdi poſſunt ad eos q̄ in inferno dānati ſunt ꝑ ſentētiā diffinitiuā. His em̄ nunq̈ȝ de⁹ veniā dabit et tn̄ pniam agūt: ſicut ptȝ Sap. v. Dicētes intra ſe pniam agētes. Ergo videtur ꝙ dei benignitas nō ſit oībus cōmunis: neq̈ȝ oēs penitentiā agētes dei ſuauitatē inueniūt. ¶ Ad qd̄ dicendum eſt ſm Boñ. in. iiij. diſt. xiiij. pte. ij. art. j. q. iij. ꝙ agere pniam ſine dolore de culpa ſua cōmiſſa pōt eſſe dupl'r. Aut propter leſionē nature: aut ꝓpter offenſionem maieſtatis diuine. Primaȝ pniam habere quis pōt ex ſola natura ſine aliquo munere grē. Sicut em̄ homo naturaliter ſe diligit: ſic etiā odit omne propter qd̄ malū incurrit. Et talis pnia eſt in damnatis ⁊ in malis. Fuit hec in Antiocho ſceleſtiſſimo: de quo dr̄. ij. li. Machab. ix. Orabat ſceleſt⁹ dn̄m a quo non erat immiſericordiā conſecuturus. Fuit etiā in Eſau. de quo dr̄ ad Heb. xij. Nō inuenit locū pnie: q̄ꝫq̄ꝫ cū lachrymis poſtulaſſet eā. Hanc dn̄s nō acceptat: nec quis ſic penitēs inuenit gratiam vel veniam. Alia eſt pnia qua q̄s penitet propter dei offenſam. Et hec nō eſt ſine diuina grā gratū faciente vel gratis data que deo placet. Et qm̄ diabolus hāc habere nō pōt: iō nec veniā habere poteſt. Sed ſi per impoſſibile poneret̃ ꝙ diabolus ⁊ dānati poſſent habere hāc penitentiā: tūc dn̄s daret eis gratiaȝ. Vn̄ de diabolis loquēs Ber. in lib. de gradib⁹ humilitatis, ait: Sic em̄ deus tēperauit in vindicta ſniam: vt ſi vellet recipere veniā nō neget. Nullū ergo pctm̄ eſt tā graue: tāq̈ȝ pōderoſum qd̄ deus clementiſſimus pctōribus nō remittat: ſiue ſit mortale ſimplex: ſiue ſit in ſpiritūſanctū ſiue in deū. Vn̄ Chryſo. de peni. di. iij. c. talis, ait: Talis eſt mihi crede: talis erga



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hoīes dei pietas ꝙ nunꝗ̄ ſpernit peni-
tentiā ſi ei ſincere ꝛ ſimpliciter offerat.
Etiā ad ſummū ꝗs perueniat maloꝝ: ꝛ
inde tn̄ velit reuerti ad ꝟitatis al's vir-
tutis viā ſuſcipit libēter ꝛ amplectitur.
hec ille. ꝛ Hiero. ad Oceanuꝫ de hac ſic
dicit: Que pctā fletus iſte non purget.
Quas inueteratas maculas hec lamen
ta nō abluāt. Petrus trinā negationeꝫ
trina confeſſione deleuit. Aaron ſacrile-
gium ꝛ cōflatū ex auro vituli caput fra-
terne correxere preces. Dauid ſancti et
manſuetiſſimi viri homicidiū pariter ꝛ
adulteriū ſeptē dierū emēdauit fames.
Jacebat in terra: volutabat in cinere: ꝛ
oblitus regie maieſtatis lumen quere-
bat in tenebris: illūcꝫ tm̄ reſpiciēs quē
offenderat lachrymabili voce dicebat il
lud pſ. l. Tibi ſoli peccaui: ꝛ malū coraꝫ
te feci. ꝛ. j. Redde mihi leticiā ſalutaris
tui: ꝛ ſpū principali confirma me. Atcꝫ
ita factū eſt vt q̄ me docuerat virtutib⁹
ſuis quō ſtans non caderē: doceret per
penitentiā quō cadens reſurgerem. hec
ille. De ipſo quocꝫ Dauid peccatore gra
uiſſimo idē Hiero. ad Sabinianū diaco
conem lapſum ita ſcribit: Totam peni-
tentiā pctōris oſtēdit pſ. l. qn̄ ingreſſus
eſt dauid ad berſabee vxorē Urie Ethei
ꝛ a nathan ꝓpheta correptus reſpōdit
dicēs: Peccaui. Statimcꝫ meruit audi-
re. Et dn̄s abſtulit a te pctm̄ tuū. Adul-
terio em̄ iūxerat homicidium: ꝛ tn̄ inde
conuerſus ad lachrymas ait: Miſerere
mei deus ſm̄ magnā miām tuam. Ma
gnū enim pctm̄ magna indigebat mia.
Un̄ adiungit ꝛ dicit: Amplius laua me
ꝛc̄. Tibi ſoli peccaui. Rex em̄ aliū nō ti-
mebat. Et malū corā te feci ꝛc̄. Cōcluſit
em̄ deus oīa ſub peccato: vt oībus miſe
reretur. Tantūcꝫ ꝓfecit vt dudū pecca-
tor ꝛ penitēs trāſierit in magiſtruꝫ. Ait
em̄: Docebo iniquos vias tuas ꝛc̄. Hec
Hiero. Hoc ꝟo qd̄ dictū eſt de dauid no
tatur. ij. Reg. xij. Ubi narratur ꝙ poſt
adulteriū pariter ꝛ homicidiū per Da-
uid cōmiſſum: cū ei cōminaretur nathā
propheta iudiciū dn̄i: dixit ad nathan:

Peccaui dn̄o. Statimcꝫ audiuit nathā
reſpōdentē: Et dn̄s trāſtulit peccatum
tuū a te. Hec pro omniū diximus cōſo-
latione: vt ſentiant peccatores omnes
ꝗ̄ampla ſit charitas ꝛ benignitas ſum
mi dei. Et ad hoc occurrit quoddā exem
plum vere ſtupendū ꝛ admirabile ſicut
habet in legēda ſancti Baſilij. Uir quis
dam venerabilis Heradius noīe filiam
ſuam habebat vnicam quā diſponebat
dn̄o conſecrare. Diabolus ꝟo callidus et
aſtutus inflāmauit ſupra modū vnū de
ſeruis ſuis in amorē puelle. Hic cū im-
poſſibile iudicaret poſſe in amplexus tā
nobilis puelle: et dn̄i ſui filie peruenire
accerſiuit maleficiū quendā ſubſidiū ab
eo ꝛ auxiliū poſtulans promiſſo precio.
Cui ille reſpondit: Si vis mittam te ad
dn̄m meū diabolū: cui ſi volueris obtē-
perare fauebit tibi ꝛ cōpletū erit deſide
rium tuū: ꝛ proſpera quecꝫ ſuccedēt. Ad
quē iuuenis ibo inquit: ſed modum ter
minūcꝫ eūdi inſinua. Ille igitur male-
ficus ad diabolū per predictū iuuenem
miſit hec verba. Qm̄quidem mi dn̄e ſtu
dium meū eſt oēs quos poſſum tue ad-
ducere volūtati mitto tibi hūc iuuenē:
precor te vt ſuū deſiderium aſſequatur.
Et dās hāc epiſtolaꝫ iuueni dixit: Uade
tali hora noctis ad monumētū cuiuſdā
gētilis: ibicꝫ acclama demonem: ꝛ hanc
chartam in aere exalta: et ſtatim aderit
tibi. Qui iuuenis hoc faciēs: ſubito ap-
paruit tenebrarū princeps cū ſua comi-
tiua. Et epiſtola perlecta dixit ad eum:
Credis ī me. Qui ait: Credo dn̄e. Et dia
bolus: Abnegas deum tuū. Cui reſpon
dit: Abnego. Dixitcꝫ diabolus: Ne a te
decipiar: fac mihi manu tua ſcriptuꝫ in
quo cōfitearis te xp̄o ꝛ baptiſmo ꝛ chri
ſtiane renūciare ꝓfeſſioni. Qui fecit ſcri
ptum qualiter xp̄o abrenūciaſſet: ꝛ dia-
boli ſeruituti ſe mācipaſſet. At diabo-
lus miſſus ſpiritibus fornicationis ad
cor puelle inflāmandū in amorem iuue-
nis diſparuit. Poſtea aliquib⁹ elapſis
dieb⁹ adeo puella in iuuenis amore cō-
uerſa eſt: vt patri diceret vel mihi iuue-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nem talē in virū tradas: vel mortuam
me cito videbis. Et cū nulla perſuaſio⸗
ne poſſet eā pater lugēs ⁊ dolēs ab hoc
ꝓpoſito amouere: eam predicto iuueni
deſpōſauit. Qui cum diebus aliquibus
moraret̄ cū vxore ſua nouiter ducta no⸗
tatus eſt a multis ꝙ nihil xp̄ianitatis
erat in eo. Uidebāt eū eccleſias fugere:
crucis ſignū horrere: et dei v̄ba ſperne⸗
re atq̧ alia facere que bono viro nō cō⸗
ueniūt. Retulerunt hi qui obſeruabant
vxori ſue qui viderāt: quidve de iuuene
ſentirēt. Illa v̄o diligēter inquirendo a
viro didicit veritatē: ⁊ pertimeſcēs val⸗
de iuuenē flexit vt ambo ad ſanctū Ba⸗
ſiliū pergerēt. Ad quē cū veniſſent: ⁊ ſi⸗
bi oīa narraſſent; ait ad iuuenē. Uis re⸗
uerti fili. Uellem inquit ſed nō poſſum.
Obligatus em̄ ſum ſcriptura ꝓpria ad
diabolū ſeruiendū. Cui Baſilius: Nō ſit
tibi cure. Benignus em̄ eſt dn̄s ⁊ te pe⸗
nitentem ſuſcipiet. Et continue appre⸗
hendēs eū ſignū crucis impreſſit in frō⸗
tem eius: incluſumq̧ in cellula quadā:
poſt tres dies eum viſitauit. Quē iuue⸗
nis libēter vidit, dicitq̧: O pater terri⸗
biles ſunt clamores demonū qui tenen⸗
tes ſcriptum meum in manu dicūt: Tu
veniſti ad nos: ⁊ nō nos ad te: dixitq̧ ei
ſanct⁹ Baſilius: Noli timere fili. Et ite⸗
rum eo recluſo pro ipſo orauit. Poſt ali
quot dies iterum viſitauit eum. Cui iu⸗
uenis ait: O pater alōge nūc audio cla⸗
mores demonum ⁊ minas: ⁊ non video
ipſos. Quo cōfortato ſanctus Baſilius
diſceſſit. Alia v̄o die ad eū rediit. Cui iu
uenis: Bene inq̄t me habeo pater. Uidi
nāq̧ hodie in viſu te pugnantē et vin⸗
centē diabolū. Poſt hec educēs eū: clerū
⁊ populū fecit cōgregari: ⁊ oēs monuit
orare ꝓ iuuene quē tenēs manu duce⸗
bat ad eccleſiā. Et ecce diabolus cū ſua
comitiua ad eū venit: ⁊ conabat̄ rapere
iuuenem de manu eius. Iuuenis autē
clamabat: Sancte dei adiuua me. Dia⸗
bolus v̄o dicebat: O Baſili preiudicas
mihi. Ipſe venit ad me: Ecce ego teneo
eius ſcriptū. Tūc oēs qui aderāt clama⸗
uerūt Kyrieeleyſon. Et orante Baſileo;
Ecce charta per aerē delata et ab omni⸗
bus viſa venit ad manus Baſilii: quam
ipſe ſuſcipiens dixit iuueni: Cognoſcis
has litteras frater: ⁊ ille. Mee ſunt do
mine. ⁊ fregit Baſilius ſcriptū in ſignū
remiſſionis culpe tam grandis: ⁊ regu⸗
lam ſibi bene viuēdi docuit. Recepit er⸗
go iuuenis tanti ſceleris remiſſionē qui
deū reliquerat: qui diabolo ſe dederat:
qui ſalutem ſuam in obliuionem tradi⸗
derat. O amplitudo miſericordie dei. O
abundantia diuine pacis. Quis deſpe⸗
rabit? O omniū peccatoꝝ portus: refu⸗
giū ſalus ⁊ vita. Reuertimini ergo pec⸗
catores ad deū nō terreamini peccatorū
magnitudine: quocūq̧ pctō longe ma⸗
ior eſt dei mīa quā nobis ſua gratia hic
impartiri dignetur vltimo nos perdu⸗
cēs ad eternā gloriam. Amen.

¶ De diuina charitate in quo declarat̄
quātum ipſe deus benignus cōdeſcēdit
humane fragilitati remittendo peccata
ſepius iterata: a quibus pauci ſe abſti⸗
nēt: ⁊ qualiter remittit te iam multitu⸗
dinem peccatorū. Sermo. iiii.

Venite ad me
oēs qui laboratis et
onerati eſtis. Iterum
vbi. s. Nihil ſi recte
cōſpicimus debilius
eſt humana mente: q̄
velut arūdo a vēto agitata: facile moue
tur: facile flectitur: facileq̧ a bono ince⸗
pto deficit ⁊ ad malum cōuertitur. Eſt
vtiq̧ hec in multis infirmitas laborio⸗
ſa: vt poſt penitentiā poſt ſuſceptā in⸗
dulgentiā peccatoꝝ relabantur in ſcele⸗
ra multoplura illis a quibus per antea
fuerāt abſoluti. Quib⁹ volēs deus oſtē
dere ſuā charitatē eos ad ſe vocat etiā
ſuccurrere huic neceſſitati ſua benigni⸗
tate ſpopōdēs. Ait ei: Venite ad me om
nes qui laboratis: ſcꝫ ſepius peccando.
peccata multaq̧ inſimul aggregādo qr
et vobis ſum indulgere paratus. Ad
quod plenius intelligendum eſt in pre⸗



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſenti ſermone de quarta flamma diui-
ne charitatis que multiplicitas vocaṫ
dicendum. Pro cuius declaratione no
tabimus tres concluſiones.

Prima dᷓ ruinatiōis.
Scda dᷓ replicationis.
Tertia dᷓ multiplicatiōis.

¶ In quo aperiṫ error eoꝝ q̄ dicūt ꝙ ſi
hō poſt pn̄iam cadat vel recidiuet ꝙ il-
la penitētia nō fuit vera. Caplm̄. j.

PRima ꝯcluſio dᷓ ruinatiōis:
vbi veritatē hanc aſſerimus
ſcꝫ ꝙ hō poſt pn̄iam pōt ite
rū ruere in pctm̄ et indigere
mīa dei. Sed ꝯtra hoc arguūt nōnulli
dicētes: ꝙ ſi homo cadat a pn̄ia: vel vt
clarius dicā: ſi homo poſt penitentiam
peccat: ꝙ illa nō fuit vera penitentia.
Curant aūt illud ꝓbare autoritatibus
ſanctoꝝ. Nā vt habeṫ de peni. di. iij. c.
ſ. Amb. in ſermone quadrageſime ait:
Penitētia eſt mala p̄terita plangere: ⁊
plangēda iterū nō cōmittere: ergo qui
iterū peccat verā pn̄iam nō facit. Item
ibidē. c. penitētiā. Greg. ait: Penitētiā
quippe agere eſt ⁊ ꝑpetrata mala plan
gere ⁊ plāgēda iterū nō perpetrare. Nā
qui ſic alia deplorat: vt tm̄ alia commit-
tat: adhuc penitētiā agere: aut diſſimu-
lat aut ignorat. Et itē Iſid. de ſummo
bono. ⁊ no. de peñ. di. iij. c. irriſor: inq̄t:
Irriſor eſt nō penitens qui adhuc agit
qd̄ penitet. Nec videṫ eū poſcere ſubdi-
tus: ſꝫ ſubſannare ſupbus. ⁊ Aug. in li.
ſoliloquioꝝ. Inanis eſt penitētia inq̄t
quā ſequēs culpa coinquinat. Ergo ex
his autoritatibus videṫ ꝙ penitentia
quā ſequitur culpa nulla eſt: nec vr̄a eſt.
Ergo ſi hoīes experiētia certa ꝯſpere-
rīt: ſe poſt pn̄iam ad pctā ꝓlapſos: eaꝙ
pn̄ia nulla fuerit: quid aliud rema-
net: niſi vt timentes ruinā bonū facere
nunꝙ velint. Auertat deꝰ ꝙ ita eſſe cre
damus: imo ſi q̇s hanc poſitionē tene-
ret ꝙ ſi hō cadat a penitētia ꝙ penitē-
tia illa nō fuit vera: vel poſt quēcunqꝫ
cōceptū bonū: ſi ab illo deſiſtat ꝙ illud
bonū verū bonum nō fuit: tanꝙ here-
ticus ab oībus eſt vitādus. Fuit hic an
tiquus error impij manichei. Pro q̄ cō
futando notandum eſt ſm̄ doctrinam
Alexan. de ales in. ij. volumine ſumme
ſue. ꝙ veritas pn̄ie accipiṫ dupliciter:
ſicut ⁊ veritas cuiuſlibet virtutis. Uno
mō em̄ virtus vera dᷓ que habet verū
virtutꝫ opus vel nata eſt habere quātū
eſt de ſe. Et hoc eſt de eſſentia virtutis:
Alio mō dᷓ virtus vr̄a que ꝑducit ī finē:
Et hec veritas nō eſt eſſentialis virtu-
ti: ſꝫ tm̄ dicit virtutis cōtinuationem.
Si ergo primo modo dicatur peniten-
tia vr̄a: q̄ verū virtutis hꝫ actū: ſic de pe
nitētie vitate eſt deteſtari malū cōmiſ-
ſum: ⁊ ꝓ illo tpe nullū cōmittere: et de
futuro ꝓponere non cōmittere. In hoc
ſtatu ſi q̇s decederet ſaluus eſſet. Et tm̄
ab his oībus pōt homo cadere: et ita a
pn̄ia vera veritate primo modo dicta.
Si aūt dicatur pn̄ia vera que perducit
in finē vt finalis ⁊ cōtinuata: ab hac nō
eſt cadere. Nā ſi quis lōgo tēpore in pe-
nitētia permāſiſſet in qua ſi fuiſſet mor
tuus: fuiſſet aggregatus numero ele-
ctoꝝ: poſtea in pctō mortali moreretur:
preterita pn̄ia ipſum nō ſaluaret. Non
remanet tm̄ quin pn̄ia illa nō fuerit ve-
ra: immo etiā veriſſima. Et ab illo pōt
hō cadere. Patet hoc in niniuitis homi
nibus qui pn̄iam agētes in predicatio-
ne Ione: ſubterfugere ſubuerſionis in-
teritum meruerūt. Nō em̄ cōſecuti fuiſ-
ſent gratiā: niſi illa fuiſſet vera peniten
tia. Et tm̄ vt notaṫ in. c. ſicut. ait Hero-
dotus niniuite. de peni. diſ. iij. q̄ poſtea
ad vomitū ſunt reuerſi: ex ira dei eoꝝ ci
uitas a rege medorū ſubuerſa eſt regnā
te apud hebreos Ioſia. Et etiā ad hoc
cōueniens eſt exemplum Dauid de quo
ij. Regū. xij. c. dicitur: ꝙ de pctō mortis
Urie penituit: ⁊ dn̄s penitentiā eiꝰ acce
ptauit. Poſtea vō peccauit iterū nume
rando populū prout plenius legitur. ij.
Regū penul. c. ⁊ nihilominus prima eiꝰ
penitētia a qua cecidit fuit vera. Intel-
ligende itaqꝫ ſunt autoritates in cōtra-
rium adducte. Nam ſm̄ Gratianum de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

peni.diſt.iij.c.incaſſum.§.ſed ꝟba. Illa
verba autoritatū nō ad diuerſa tēpora
ſed ad idē tēpus referūtur: vt ſcʒ eo tpe
quo ꝗs deflet mala ꝗ̄ cōmiſit: et pniam
facit modo peccet: ⁊ſcelera nō cōmittat.
Penitētia equidē hʒ eſſe in libero arbi
trio ſm ſtatū vie qḋ ꝟtibile eſt: ⁊ pōt a
bono i malū: ⁊ a malo i bonū ſepiꝰ exire.
¶Qualiter deus non tm̄ ſemel ſed plu-
ries peccatoribus penitētibus remittit
oia petā: ⁊ quare pnia poteſt iterari: ba
ptiſmus ꝟo non. Capm.ij.

SEcūda concluſio dr replica-
tionis. Nā licʒ hō poſſit a
vera pnia cadere in peccatū
pōt tn̄ ſepius per penitētiā
ſurgere et dei miſericordiaʒ
inuenire. ¶ Cōtra quā miſericordiā ple-
rı́qʒ cōueniūt aſſerētes nō niſi ſemel cō-
ceſſum pctōribus poſſe ꝑ pniam a pctō
reſilire. Et licʒ homo vt dictū eſt a vera
penitētia valeat ruere: non tamen pōt
penitentiā iterū agere fructuoſam. Ar-
guūt aūt ꝙ Ambroſius dicit in.c. repe-
riuntur. de peni.diſt.iij. Sicut vnum ba
ptiſma: ita vnica eſt penitētia. Quibus
reſpondendum eſt ſm Boñ.in.iiij. diſt.
xiiij. qui dictū Ambroſij intelligit de pe
nitētia ſolēni ſm morē aliquarum eccle
ſiarum: nō aūt de penitētia cordis qua
peccator mente ad deum conuertitur.
Qr autē pnia poſſit iterari: baptiſmus
ꝟo non ꝓbatur tripliciter. Primo qꝛ in
baptiſmo imprimitur character qui eſt
indelebilis: in pnia ꝟo nō. Scḋo qꝛ ba-
ptiſmus eſt cōtra morbū nō iterabilem
qualis eſt originalis culpa: ſed pnia cō
tra morbū iterabilē qualis eſt morbus
pcti actualis. Et medicina debet apta-
ri morbo. Tertio qꝛ baptiſmꝰ habet to-
tam efficaciam a paſſione xp̄i: ſed peni-
tentia nō tm̄ a paſſione xp̄i: ſed etiā ab
actu noſtro. Ideo baptiſmus non itera
tur ſicut ⁊ pnia. Penitentia ꝟo iteratur
ſm ꝙ voluntas noſtra cōuertitur ⁊ re-
uertitur. Dicere ergo ꝙ penitentia non
poſſit iterari eſt error crudeliſſimꝰ clau-
dēs viſera diuine miſericordie: cogens
oēs pctōres ad deſperandum: ideo ſciāt
omnes pctōres ꝙ deus miſericors ⁊ cle
mentiſſimus paratus eſt indulgere: nō
tm̄ ſemel: ſʒ bis: ter: millies ⁊c. Unde ⁊
ipſe dn̄s ieſus Mat.xviij.c. dicit: inter-
roganti Petro ⁊ dicēti: ſi peccauerit in
me frater meus dimittam vſqʒ ſepties
ei. Nō dico tibi ſepties: ſed vſqʒ ſeptua
gies ſepties.i. totiēs quotiens ſm Hie
ro. Et ponitur numerus finitus pro nu
mero infinito. Hinc Aug. de peni. diſt.
iij.c. adhuc inſtant. circa finem ait: Qm̄
quotidiana eſt offenſio: oportet vt quo
tidiana fit remiſſio. Cur docuiſſet dn̄s
orātes dicere: dimitte nobis debita no-
ſtra: niſi ipſe nobis miſericors perſeue-
raret al's ꝑſuaderet qui nos ab hac pe-
titione nō vult deficere. Hec aug. Hie-
ro. autem ad Ruſticuʒ ſcribit: Septies
in die cadit iuſtus ⁊ reſurgit. Si cadit
quomodo iuſtus: ſi iuſtus quomodo ca
dit. Sed iuſti vocabulum nō amittit ꝗ̄
per penitentiam ſemper reſurgit. Et nō
ſolū ſepties: ſed ſeptuagies ſepties de-
linquenti ſi conuertatur ad penitentiā
petā ꝑdonant̄. Hec ille. Ad hoc etiā La-
ctan.vj.lib. diui.inſti. aduerſus gentes
ait: Nemo enim poteſt eſſe tam circun-
ſpectus: tamqʒ prudens quin aliquan-
do labatur. Et icirco deus imbecillita-
tem noſtraʒ ſciens: pro ſua pietate ape
ruit homini portum ſalutis vt huic ne-
ceſſitati: cui fragilitas noſtra ſubiecta
eſt medicina pnie ſubueniret. ⁊ Leo pa
pa. de peni.diſt.j.c. multiplex miſericor
dia dei. inquit: Multiplex miſericordia
dei ita lapſibꝰ humanis ſubuenit: vt nō
ſolum per baptiſmi gratiam: ſed etiam
per pnie medicinaʒ ſpes vite repararetur
eterne: vt qui regenerationis dona vio-
laſſent: proprio ſe iudicio condēnantes
ad remiſſionē criminū ꝑuenirēt. Quid
igit̄ pctōres ſe excuſando reſpōdebunt:
Quid gratioſius poſſunt audire de deo
q̄ȝ ꝙ tot multiplicatis vicibus veniam
pollicetur his qui ab eius amore nō ſe-
mel tm̄: ſed totiens propria malicia ca-
dunt. Aperi cor tuum o peccator negli-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

genſ:et vide ſi erga te blandus ſit deꝰ.
Eſto quippe vt nunc ad ip̄m reuertaris
et dicas ei: Peccaui:⁊ ſtatim indulget
tibi:⁊ modico interuallo tempoꝛis oc-
currente iterum peccata pꝛiſtina vel pe-
ioꝛa committit: ſi reuertaris ad deum:
⁊ dicas ei: heu me infelicē peccaui: do-
leo:ignoſce mihi: adhuc iteruꝫ īpetras
quod optas:⁊ adhuc poſt paululū:pꝛo-
poſito bonevolūtatis relicto recidiuas
grauioꝛa facinoꝛa proſequendo: poſt q̄
ſi cōpuncto coꝛde ad deuꝫ clamaueris
pro remiſſione impetrāda exaudiet te.

¶ Qualiter deus remittit pctōꝛi penitē-
ti multa peccata:nec ꝓpter multitudi-
nem negat ei veniam. Capl'm.iij.

TErtia concluſio ē multipli-
cationis. Oſtendit enī deus
peccatoꝛibus charitatē ſuā:
cuꝫ in vno ſolo ſi fieri poſſet
omniū maloꝝ: ſiue demonū:ſiue homi-
num eſſent peccata:omniū hereticoꝛuꝫ
idolatrium:omnium homicidarū:⁊ hu-
iuſmodi. hic tamen ad deum conuerti
deſiderans benigne ſuſcipitur: nec de-
ſpicitur ob tantam congeriem:peccato-
rum iniquitatūq;. Quod vtiq; verū cō-
ſtat eſſe autoꝛitate. Eſaias nāq; in per-
ſona dei.xliiij.ait: Deleboꝰ vt nubem ini-
quitates tuas:⁊ quaſi nebulam pecca-
ta tua. Dicit iniquitates in plurali ad
notanduꝫ ꝙ plura ⁊ multa peccata re-
mittit:etiam ſi in vno inueniant̄. Idip-
ſum voluit dn̄s oſtendere per Ezechiaꝫ
xviij. vbi ait: Si impius egerit peniten-
tiam ab omnibus peccatis ſuis q̄ ope-
ratus eſt: ⁊ cuſtodierit vniuerſa pꝛece-
pta mea:⁊ fecerit iudicium ⁊ iuſticiam
vita viuet:⁊ non moꝛietur. Omniū ini-
quitatū eius quas operatus eſt non re-
coꝛdaboꝛ. Dicit ergo deus remiſſurum
ſe non aliqua ſed omnia atq; ſe non re-
coꝛdaturū. Aduertēdū tamen eſt in eo
ꝙ dicit non recoꝛdaboꝛ:quia nō recoꝛ-
dari poteſt dupliciter intelligi. Primo
quantuꝫ ad ſimplicem obliuionem. Et
hoc modo non conuenit deo:quia om-
nis ſcit preterita; pꝛeſentia; et futura;
Alio modo non recoꝛdari poteſt intelli-
gi quantum ad vindictam et punitio-
nem:vt ſi quis non recoꝛdatur de alicu-
ius peccato ad ipſum puniendū ⁊ iudi-
candum. Et hoc modo nō recoꝛdari dꝛ
de deo. Cum ergo dicitur:non recoꝛda-
boꝛ:ſenſus eſt iſte. Cum peccatoꝛem pe-
nitentem cōſperero: ita eum videbo ac
ſi nunq̄ peccaſſet. Igitur audi tu ani-
ma vocem clamantis dei qui ad te loq-
tur tibiq; dicit. Hiere.iij. Tu autē foꝛ-
nicata es cum amatoꝛibus multis:ta-
mē reuertere ad me dicit dn̄s et ego ſu-
ſcipiam te. Cur tam dura es o ingrata
creatura. Cur non mollitur coꝛ tuuꝫ ad
vocem tam dulcem celeſtis ſponſi. Foꝛ-
te dices: Timeo ipſum ⁊ deſpero ꝓpter
multitudinē pctōꝝ meoꝝ. An nō audi-
ſti que dixit paulo ante. Sed adhuc vt
ſpes tua ſubleuet̄: ſpeculare et cōſidera
illā peccatricē Magdalenā cui dn̄s pec-
cata dimiſit. O q̄ꝫ multa ⁊ varia cōmiſe-
rat cōtra deū cū ꝑditione animarū ſuo-
rū pꝛoximoꝝ:⁊ tn̄ ſcribit Luc.vij. Dixit
ieſus phariſeo q̄ de ipſa murmurabat.
Remittūtur ei pctā multa. Marcus in
euangelio ſuo aſſerit ieſum xp̄m ab illa
eieciſſe ſeptē demonia:ꝑ que ſc̄m Grego.
in homel. ſuper Luc. vicioꝝ vniuerſitas
deſignat̄. O magna olim peccatrix:nūc
vo ſancta quid remiſit tibi lachꝛymāti
xp̄s. Nūq̄d vnū peccatū? Certe inquiet
ad oēs euāgelicam vocē perſcrutantes.
Nō vnum ſed plura mihi dimiſſa ſunt.
Utinā oēs peccatoꝛes mūdi ad pedes ie-
ſu currerent ſicut ⁊ ego:qꝛ vnicuiq; dice-
ret: Remittuntur tibi peccata tua. Que
omnibus nobis remittat dn̄s noſter ie-
ſus xp̄s ſaluatoꝛ ſeculi concedēs hic no-
bis gratiam:demum perducēs nos ad
eternam gloꝛiam : qui ſit benedictus:
exaltatꝰ:magnificatuſq; in ſecula ſecu-
loꝛum. Amen.

¶ De diuina charitate in quo oſtēditur
q̄ꝫ ardens ſit amoꝛ diuinus vt ſaluātur
peccatoꝛes quos etiā in extremo vite ſi
vere penitentiam egerint libenter ſuſci-
pit. Sermo.v.

Venite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati eſtis. Iterum vbi. ſ. Rem grandē de charitate diuina aggrediar ī preſenti ſermone: in quo contemplabimur latitudinē diuini amoris: qui tam vehemēs ⁊ ardentiſſimus eſt erga quoſlibet pctōres vt ſaluētur: vt poſt inueteratā in malis cōſuetudinē diuturnāq; perſeuerantiā ſi ſe corrigere voluerint: benigne adhuc eis veniā prebet. Hoc vtiq; in q̄nta flāma amoris ſaluator expreſſit cum dixit: Venite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊c. Onus ſiquidē peccatorum vetuſtatē conſuetudinēq; deſignat: que aggrauat illos q̄ pniam differūt: nō ſolū vſq; ad decrepitā ſenectutē: verūetiam vſq; ad extremum vite. His tamē ita tarde ac ſero penitētibus ſpondet redēptor mundi peccatoꝝ indulgentiam. Ob quod in preſenti ſermone aperiam hanc flammam more ſolito ſub triplici concluſione.

Prima cōcluſio vocatur difficultas.
Scda cōcluſio vocat̄ poſſibilitas.
Tertia cōcluſio vocat̄ remiſſibilitas.

¶ Qualiter hi qui penitentiā differunt vſq; ad extremum vite vix poſſunt vere penitere propter impedimēta que poſſunt occurrere. Capm. j.

Prima concluſio dicitur difficultas. Differre ſiquidē penitentiam vſq; ad extremū vite in malo pſeuerando periculoſiſſimum eſt: quia difficile eſt vt poſſit quis tunc digne penitentiā agere propter quinq; impedimenta q̄ poſſunt occurrere.

Primū dr̄ paſſionū alteratio.
Scdm dr̄ charitatis priuatio.
Tertiū dr̄ in pctis habituatio.
Quartū dr̄ diaboli impugnatio.
Quintū dr̄ ꝓpinquoꝝ inimicatio.

¶ Primū impedimētum dr̄ paſſionū alteratio. Solet em̄ euenire ꝙ in extremitate vite q̄n pctōres infirmantur in ſenſitiua parte adeſt maximus dolor ⁊ timor maximus: ⁊ quādoq; vterq; ſimul ⁊ vtraq; paſſio vehemens nata eſt impedire liberū arbitriū ⁊ vſum libere rationis ⁊ volūtatis. Et hꝫ oēs nr̄e paſſiones rōnem ⁊ mētē hoīs triſtari habēt: tñ ſm Augu. lib. lxxxiij. queſtionum. q. xxxvj. Paſſiōes cauſate a triſtabilibus plus mouēt q̄ paſſiones cauſate a delectabilibus. Actus aūt diſplicētie de peccato ad hoc ꝙ ſit ſufficiens ad penitentiam veram neceſſario requirit̄ habere vſum liberū rationis qui multotiēs ꝓpter paſſiones impedit̄. Efficiunt̄ q̄ppe multi frenetici: ⁊ nec dei nec ſui valēt recordari. Multi ꝑdunt loq̄lam cū ſenſu: ⁊ loqui quippiam nō poſſunt. Hinc Augu. in ſermone de innocentibus ait: Hac aiaduerſione ꝑcutitur pctōr vt moriens obliuiſcatur ſui: qui dum viueret oblitus eſt dei. Ex hoc Aug. de peni. di. vij. c. nullus. ait: Nullus expectet quando peccare nō pōt. Arbitrij querit libertatē vt delere poſſit cōmiſſa: nō neceſſitatē. Qui prius itaq; a pctis relinquit̄ q̄ illa relinquat: nō ea libere ſed quaſi neceſſitate ꝯdēnat. ¶ Scdm impedimētum dr̄ charitatis priuatio. Ad hoc em̄ vt diſplicētia pctōꝝ ſit deo grata eſt neceſſe ꝙ ſit debite circūſtantiata circunſtantia principij ⁊ finis: hoc eſt ꝙ ſit voluntaria ꝓpter deū. Vñ Aug. in ꝑdicto c. nullus. Scriptuꝫ eſt inq̄t: Neminē ſine charitate poſſe ſaluari. Non itaq; in ſolo timore viuit homo. Queꝫ ergo penitet: opꝫ nō ſolū deū timere iudicē: ſed etiā iuſtū diligere: vt nō tm̄ penā timeat: ſed anxietur ꝓ gloria. hec ille. Cū ergo in tali extremitate vite magis q̄s timore q̄ amore ducat̄ ad pniam: periculoſum eſt tale tp̄s expectare. ¶ Tertium impedimentū eſt pctōrum habituatio. Nam vt phs dicit: habitus eſt qualitas de difficili mobil̄ a ſuo ſubiecto. Ex freq̄ētatis em̄ actibus generat̄ habitus. Cuꝫ itaq; aliq̄s diuturno tp̄e in mundi amore perſeuerauit difficillimum eſſet ipſum trahere vt mundum nō diligat:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

⁊ de ꝑdito mũdo nõ doleat. Dicit nãq̃
Greg. in moral. Nunq̃ ſine dolore ꝑdit
qḋ cũ amore poſſidet. Uidi ⁊ ego multa
exẽpla de hoc. Nã cũ diues q̃dã labora-
ret in extremo: ego eũ monebã vt animã
ſuã deo cõmitteret. Ipſe ṽo ſentiens a
ſuis domeſticis ⁊ familiaribus ꝑ domũ
diſcurrẽtibus cõtractari bona ſua cum
ſuſpirijs dicebat: Heu me: heu me: tãtũ
laboraui ꝓ his bonis adipiſcẽdis ⁊ mõ
diripiunt mihi. O diuitie mee: o pecu-
nie mee: o iocalia mea: q̃s vos poſſide-
bit? Inter hec ⁊ hmõi parũ de ſua ſalu-
te ſollicitus miſerrimus expirauit. Fuit
aliud exẽplũ etiã huic ſimile in ciuitate
Spoleti. Ibi eñ erat puella q̃dam for-
moſa q̃ vanitatibus ſemꝑ intẽta erat: ⁊
nihil de futura vita cogitabat: hec ĩfir-
mitate ꝑcuſſa monitiones ⁊ hortamẽta
ſalutis abhorrebat. Tãdẽ cũ cerneret ſe
ſuꝑuiuere nõ poſſe petiuit cũcta ad or-
namẽtũ corporis expectãtia. Et cũ ſe or
naſſet quaſi nuptias ĩtraturã cũ ſingul
tibus ⁊ ſuſpirijs en moriar dicẽs: en di
lectã mihi vitã ablatã cõſpicio: o diabo
le ſuſcipe aĩam meã. Inter hec verba ex
pirauit dãnata ⁊ deſperata. ¶ Quartũ
impedimẽtum ḋr diaboli impugnatio.
Ingerit nãq̃ diabolus graues tẽtatio
nes cũ aliquẽ appropinquare fini ↄſpi
cit. De q̃ pſ. ix. ait: Inſidiat̃ ĩ abſcõdito
quaſi leo in ſpelũca ſua. Quia etſi a cir-
cũſtãtibus nõ videat̃: apparet tñ durus
⁊ grauis his q̃ ad mortẽ corporalẽ labo
rant. Uñ Beda refert in geſtis anglorũ:
ꝙ rex q̃dam anglie Odoardus noĩe ha
buit militẽ in armis ꝓbũ ſed corruptũ
in moribus: q̃ frequẽter admonitus in
ſanitate ↄtẽnebat ſe corrigere. Cũ autẽ
improuiſa infirmitate feriret̃ a rege vi-
ſitat̃ ⁊ monet̃ ad pniam. Qui renuit di
cẽs: ꝙ videret̃ hoc facere ex timiditate
cordis. Cũ ṽo ad mortis deduceret̃ ter-
minos iterũ rex viſitauit euꝫ monẽs vt
peniteret. Qui dixit: O dñe mi rex: tar-
de eſt cũ iã ſim iudicatus ⁊ damnatus:
ideo nõ poſſum penitere: q: parũ anq̃
ingreſſus fuiſti domũ iſtã intrauerunt
duo clariſſimi iuuenes: quorũ vnus ſe-
debat ad pedes lecti mei: ali9 ad caput:
q̃ ⁊ dixerũt: Iſte adiudicatus eſt morti
Uideamus ſi aliqḋ ius habemus in eo.
Et vnus extraxit librũ ſpecioſiſſimũ de
ſinu ſuo: ſed valde paruulũ litteris au-
reis ⁊ fulgẽtibus ſcriptũ. In quo legẽs
vidi aliqua parua bona q̃ feceram in iu
uẽtute mea anteq̃ mortaliter peccaſſẽ.
Et cũ miro mõ exultarẽ in viſione eoꝝ:
ecce duo teterrimi demones intrauerũt
⁊ portauerunt vnũ magnũ librũ teterri
mis litteris ſcriptum. In quo vidi ſcri-
pta oĩa pctã mea atq̃ flagitia. Et dixe-
rũt dictis angelis q̃ hic erãt. Quid hic
facitis: cũ in eo nullũ ius habeatis: ⁊ li-
ber veſter nihil valeat: ſed bñ nr̃. Ange-
li aũt reſpõderunt ꝙ verũ eſt: ⁊ receſſe-
runt. Et hi duo demones cruciant me.
Quibus dictis expirauit. Nec tñ malis
diabolus moleſtus eſt in extrema vita:
verũetiã ⁊ bonis ⁊ ſctis. Scribit enim
Cyrillus ad Aug. de trãſitu Hieronymi
ꝙ Euſebius vir ſctiſſimus olim diſcipu
lus Hieronymi: cũ eẽt e vita migratur9
adueniẽte die qua ſe ex Hieronymi re-
uelatiõe migrari ſciebat: die tertio ꝑcu
te labore febriũ ↄcuſſus valde ſuꝑ terrã
magiſtri ſui Hieronymi non immemor
nudũ reclinari fecit a fratribus ⁊ a ſin-
gulis oſculũ accipiẽs: benigna eos con
ſolatione ↄfortauit: vt in ſctõ manerẽt
ꝓpoſito. Deinde ſaccum quo operiebat̃
glioſus Hieronymus deferri: ⁊ ſupra ſe
deponi fecit. Ordinauitq̃ ſe nudum ad
inſtar glioſi Hieronymi magiſtri ſui ex
tra eccleſiam in qua iacebat ſcti Hiero-
nymi cadauer ſepeliri. Poſt hoc corpore
dñi nr̃i ieſu xp̃i ſe muniẽs deo ⁊ beato
Hieronymo deuote ſe cõmẽdauit: ⁊ ſic
per triduũ locutione corporali ac pu...a
tus viſiõe circũſtãtibus alternatim fra
tribus pſalteriũ paſſionẽ dñi ⁊ alia ſa-
cra cõtinue legẽtibus iacuit. Durũ ꝗp-
pe eſt hoc qḋ narro (ait Cyrillus) ⁊ cun
ctis rõne vtẽtibus formidabile. Die eñ
quo moriturus erat añ beate aĩe exitu
per duas horas: venerabilis Euſebius

cepit ita terribiles actus pagere ꝙ cir⸗
cũſtãtes monachi pauore ꝑterriti timẽ
tes in terra iacebãt. Nã qñq; trãſuerſis
oculis manib⁹ ſimul iũctis: voceq; du⸗
ra: facie terribili clamabat: Nõ faciam.
Nõ faciã. Mẽtiris. Mẽtiris. Poſt hoc
ad terrã vertẽs faciẽ ſuã: in terra eã fir
mabat quãtũ poterat clamãs: Adiuua⸗
te me fratres ne pereã. Qđ monachi vi
dentes: oculis lachrymãtibus eũ inter⸗
rogauerunt q̃d hoc eſſet. Ad quos ille.
Nõne vidiſtis demonum agmina q̃ me
debellare cupiebãt? Et illi. Quid te face
re volebãt cũ dicebas: Nõ faciam. mẽti
ris? Ait illis. Conabantur vt dei nomẽ
blaſphemarẽ. Tunc eñ hoc facere nega
bã; ac clamabã. At illi. Quare pr̃ abſcõ
debas faciẽ tuã in terrã? Reſpõdit: Ne
coꝝ ꝯſpectũ viderẽ: qui tã turpis ⁊ ter⸗
ribilis eſt: ꝙ oẽs terrores q̃ ſunt in mũ
do reſpectu eius nihil ſunt. Tãdẽ appa
rẽte Hieronymo glorioſo feliciter expi⸗
rauit. Si ergo amicus dei tam durum
ꝓlium cum diabolis eſt congreſſus: q̃d
facient demones his qui dei ſunt inimi
ci? Ideo ſeruandũ eſt illud Eccli. v. Ne
tardes cõuerti ad dñm: nec differas de
die in diẽ. Subito eñ veniet ira illius ⁊
in tpe vindicte diſperdet te. ¶ Quintu;
impedimẽtu; eſt amicoꝝ ſeu ꝓpinquo
rum inimicatio. Ut eñ dñs Mat. x. di⸗
xit: Inimici hoĩs domeſtici eius. Cõue⸗
nit eñ iſtud diuitibus ⁊ magnatibus:
ꝙ in fine nullus eis audet noĩare con⸗
feſſionẽ vel ſatiſfactionem. Sed q̃ ſunt
amici ſollicitãt: ſi quid de ſuis bonis ra
pere poſſint. O quot moriunt̃ ſine pñia
ꝓpter culpã ꝓpinquoꝝ. Hinc eſt ꝙ ec⸗
cleſia medicis preceptu; dedit. ex̃ de pe⸗
ni. ⁊ re. c. cũ infirmitas. dicens: Cũ infir
mitas corporalis nõnũq; ex pctõ ꝓue⸗
niat dicẽte dño lãguido quẽ ſanauerat
Joh. viij. Uade ⁊ amplius noli pecca⸗
re ne deterius tibi ꝯtingat. Preſenti de
creto ſtatuimus ⁊ diſtricte precipimus
medicis corpoꝝ: vt cũ eos ad infirmos
vocare cõtigerit: ipſos añ oĩa moneant
⁊ inducãt: vt medicos aduocent anima
rum. Ut poſtq; infirmo fuerit de ſpũali
ſalute ꝓuiſum: ad corporalis remediu;
medicine ſalubrius ꝓcedatur cũ ceſſan
te cauſa ceſſet ⁊ effectus. hec ille. Cum
itaq; ex predictis aliiſq; impedimentis
manifeſtũ ſit ſepe pñiam differentibus
periculũ graue imminere: nõ eſt ſecurũ
tardare vſq; in finẽ.

¶ Qualiter nõ negatur pctõribus peni
tentia: etiã in extremo vite: ⁊ ꝙ de nul⸗
lo peccato eſt deſperandu; in hac vita.

Capitulum. ij.

SEcunda cõcluſio đr poſſibi
litatis. Nam etſi ſit difficile
vt hõ q̃ diu in malo ꝑſeue⸗
rauerit ad bonã viã redeat:
non tñ eſt impoſſibile. Im⸗
mo põt eſſe vt quiſpiam omni tempore
vite ſue fuerit malus: ⁊ tñ in vltimo ad
deu; reuertatur. Probatur equidẽ hoc
quintuplici via.

Prima via đr autoritatis.
Scđa via đr libertatis.
Tertia via đr ꝓcepti maieſtatis.
Quarta via đr charitatis.
Quinta via đr exẽplaritatis.

¶ Prima via đr autoritatis. Probatur
eñ eſſe poſſibile vt hoĩes ad ſalutẽ ve⸗
niant poſt diuturnam in pctis cõſuetu
dinem autoritate Leonis pape. ⁊ ponit̃
de peni. di. vij. c. nemo. Nemo eſt deſpe⸗
randus dũ in hoc corpore ꝯſtitutus eſt.
Et idem in li. de vita xp̃iana. ait: Nõnul
los ſcim⁹ ⁊ legim⁹ qui antea: aut igno⸗
rantie cecitate: aut cauſa perfidie: aut
adoleſcẽtie vanitate decepti: multiplici
⁊ vario pctõꝝ genere tenebant̃ obnoxij
⁊ per ſuſtinentẽ dei clementiſſimã pati
entiam poſtea ab errore cõuerſi: maiora
adhuc opera feciſſe iuſticie q̃; ante pctã
commiſerant. ¶ Scđa via đr libertatis.
Añq; eñ de corpore exeat aĩa: vnuſq̃ſq;
viator liber eſt: ⁊ de cõi lege ad bonu; ⁊
ad malũ ꝓnus. Unde ſic ſe habet vnuſ⸗
quiſq; pctõr ad bonu;: ſicut quilibet iu
ſtus ad malum. Sed ſicut q̃diu in libe⸗
ro arbitrio ſumus: vnuſquiſq; quantũ⸗
libet ſanctus ſecurus eſſe nõ põt: ita et

omnis pctõꝛ quãtũcunqꝫ nequã deſpe-
rare nõ dꝫ. Propterea Hiero. ad Julia-
num ait: Etem̃ ſcti corruũt ſi fuerint ne
gligẽtes: ⁊ pctõres priſtinũ recipiũt gra
duꝫ: ſi ſordes fletibꝰ lauerint. Hoc qui-
dem dico vt te nõ terreãt deſcẽdentes:
ſed ꝓuocent aſcendẽtes. Nunqꝫ a ma-
lis exẽplũ ſumit̃ ⁊ in rebus ſeculi ſemꝑ
a parte meliori incitamenta ſalutis ſu-
muntur. hec ille. ¶ Tertia via dr̃ ꝑcepti
maieſtatis. Nã ſatiſfacere deo vſqꝫ ad
extremũ eſt oĩbus preceptum. Precepit
nãqꝫ deus pniam indifferẽter pctõribꝰ.
Sed vt ait Aug. in ſermone cõfeſſoꝝ.
ſeruũ pigrũ nõ dãnaret ſi ea q̃ fieri nul
lo mõ poterãt imperaret: ergo indifferẽ
ter oẽs pctõres poſſunt facere pniam.
¶ Quarta via dr̃ charitatis. Oẽs ex cha
ritate tenent̃ diligere ꝓximos ſuos ſiue
ſint boni ſiue ſint mali. Sꝫ fundamẽtũ
huiꝰ charitatis eſt: qꝛ ꝓximi pñt ꝑtici
pare btitudineꝫ. Sed q̃ ſunt mali: ſunt
tanqꝫ ꝓximi ex charitate diligendi: er-
go poſſunt participare beatitudinem.
Sed hoc nõ poſſunt ꝙdiu in peccato
ſunt: ergo poſſunt a peccato reſurgere.
¶ Quinta via dr̃ exemplaritatis: que ꝓ
batur exemplo. Legitur in legenda ſan
cti andree ꝙ ſenex quidam nõie nicola-
us adijt ſanctuꝫ Andream dicens: Dñe
ecce. lxx. anni vite mee in q̃bus luxurie
deſeruiui. Accepi aliquando euangeliũ
orans deum vt mihi amodo continen-
tiam largiretur: ſed in pctõ inueteratꝰ:
⁊ mala concupiſcẽtia inflammatus: ſta
tim ad opus ſolitum reuertebar. Qua-
dam aũt vice oblitus euangelij qđ ſuꝑ
me poſueram ad lupanar iui: ſtatimqꝫ
meretrix dixit mihi. Egredere ſenex egre
dere: qꝛ angelus dei es tu. Ne me cõtin
gas: neqꝫ huc accedere ꝑſumas. Video
enim ſuper te mirabilia. Stupefactus
recolui ꝙ mecũ euangelium detuliſſeꝫ.
Nunc ergo ſancte dei pro ſalute anime
mee pia tua oratio intercedat. Audiens
hoc beatus Andreas flere cepit: ⁊ a ter-
tia vſqꝫ ad horam nonam orauit. Et ſur
gens comedere noluit; ſed dixit; Nõ cõ-
edam niſi ſciam ſi deus miſerebitur iſti-
us ſenis. Cũqꝫ diebꝰ quinqꝫ ieiunaſſet
venit vox ad andream di. Obtines An-
drea pro ſene. Sed ſicut ieiunijs mace
raſti te: ſic ⁊ ipſe ſe affligat ieiunijs vt
ſaluetur. Qđ ⁊ ipſe fecit menſibus ſex
in pane ⁊ aqua ieiunans. Et poſtmodũ
plenus bonis operibus in pace quieuit
Venit ergo vox ad andream dicẽs: Per
orationem tuam nicolaum quem perdi
deram acquiſiui. Ex his ergo colligimꝰ
ꝙ nemo ſit tam prauus qui poſt retens-
ta facinora longo tempore penitere nõ
poſſit. Aliud enim eſt dicere ꝙ ſit diffi-
cile: ⁊ aliud ꝙ ſit impoſſibile. Primum
verum eſt: ſecundum non ſolum falſuꝫ:
ſed etiam hereticum ⁊ contra omnẽ ve
ritatem ſcripture.

¶ Qualiter ſi nunq̃ homo bene feciſſet
ſed ſemper fuiſſet malus: ⁊ tamen in vl
timo vite penitentiam ageret deus ſibi
indulgeret. Cap. iii.

Ertia concluſio dicit̃ remiſſi
bilitatis. Poſito enim ꝙ ali
quis toto tẽpore vite ſue ini
micus dei fuit: nihilqꝫ boni
operatus eſt in infantia: vel in pueritia
vel in adoleſcentia: vel iuuẽtute: vel de
niqꝫ in ſenectute adhuc de illius ſalute
non eſt deſperandũ. Talis egrotat gra-
uiter nihil cogitans de emẽdatione: nõ
ſic eſt deſperanduꝫ. Incipit laborare in
extremis: nec agit penitentiã: adhuc nõ
eſt deſperandum. Ducitur ad talem ter-
minum ꝙ nõ poteſt amplius dicere ni-
ſi hec verba. Peccaui deus miſerere mei
Si ex corde talia loquit̃ tã ampliſſima
eſt dei miſericordia ꝙ indulget ſibi om
nem vitam male actam ⁊ aſcribit cum
numero electoꝝ. Et hoc probatur quin-
tuplici teſtimonio.

Primũ eſt Hieronymi.
Scđm eſt Leonis pape,
Tertiũ eſt Julij pape.
Quartũ eſt Cypriani.
Quintũ eſt celeſtini.

¶ Primum teſtimoniũ eſt Hieronymi
ad Paulaꝫ de dormitione bleſille: que

xx. ſue etatis anno dieꝫ clauſit extremū dicens ſic. Cum ſanctum corpuſculum febrium ardor excoqueret: ⁊ ſemianimeꝫ in lectulo vallaret circulus propinquorum hec in extremis verba mandabat. Orate dominum ieſum vt mihi ignoſcat: quia implere non potui quod volebam. Secura eſto o mi bleſilla. Confidimus probare vera eſſe que dicimus: nunq̄ eſt ſera cōuerſio. Vox hec primū in latrone dedicata eſt: vt habetur Lu. xxiij. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo. Et idem ad Damaſum papaꝫ. ⁊ ponitur de peni. diſtin. j. c. importuna. Chriſtus (inquit) de cruce in paradiſum latronem tulit. Et ne quis aliquando ſeram conuerſioneꝫ putaret fecit homicidij penam martyrium. ¶ Secundum teſtimonium eſt Leonis pape ⁊ notatur in decretis. xxvj. q. vj. c. his q̄. vbi ait: Miſericordie dei nec mēſuras poſſumus ponere nec tempora diffinire apud quem nullas patitur venie moras conuerſio. dicente dei ſpiritu per ꝓphetam. Cū conuerſus ingemueris ſaluus eris. ¶ Tertium teſtimoniū eſt Julij pape. xxvj. q. vj. c. Si preſbyter. vbi ait: Vera cōfeſſio in vltimo tempore poteſt eſſe: quia dominus non ſolum temporis: ſed etiam cordis inſpector eſt. Sicut latro vnius momenti penitētia meruit eſſe in paradiſo in hora vltime confeſſionis. ¶ Quartum teſtimonium eſt Cypriani in epiſtola ſecunda ad Demetrianum: qui dicit: In iſto adhuc mundo permanenti nulla penitētia ſera eſt. Patet ad indulgentiaꝫ dei aditus ⁊ q̄rentibus atq̄ intelligentibus veritatē facilis eſt acceſſus. ¶ Quintum teſtimoniū eſt celeſtini pape. xxvj. q. vj. c. agnouimus. Perdidiſſet vtiq̄ latro in cruce primum ad chriſti dexteram pendens ſi illum hore vnius penitentia non iuuiſſet. Cum eſſet in pena penituit: ⁊ ꝑ vnius confeſſione ſermonis habitaculum paradiſi eo promittente promeruit. Vera ergo ad deum conuerſio in vltimis poſitorum mente potius eſt eſtimanda q̄ tempore propheta hoc taliter aſſerēte. Cum conuerſus ingemueris tunc ſaluus fueris. hec ille. Patet ergo q̄ largiſſima eſt dei charitas: ⁊ effuſa pietas illius qui non tm̄ pctā relaxat: ſed etiaꝫ ex modica penitentia fetidiſſimos pctōres ad ſuam gratiam ſuſcipit: quam nobis ipſe largiatur qui eſt benedictus in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ De diuina charitate in qua aperitur q̄ꝫ ineſtimabile ſit precium noſtre redēptiōis: vbi offert copioſiſſime ſanguis chriſti vt peccata abluantur quem ipſe chriſtus paſſus offert omnibus gratioſe. Sermo. vj.

Venite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati eſtis. Iterū vbi. s. Cupienti ſcire ꝓfunduꝫ diuine charitatis neceſſariū eſt inſpicere dei filiū in cruce pēdentē: qui vt p̄rne iuſticie ſatiſfaceret: recuperaretq̄ ꝑditū humanū genus: voluit precioſum ſanguinē ſuū effundere: cuiꝰ virtute nobis pctā ꝯdonant: grā ꝯceditur: ⁊ aperit ianua regni celorū. Erāt enim tria q̄ hoīes ī celū ꝯſcēdere impediebāt diabolica ptās: dei iuſta ſeueritas: ⁊ ꝓpria hoīm malicia: propter q̄ dignatus eſt mūdi redēptor in ſuo corpore ſacratiſſimo ſuſcipere oē debitum ſatiſfactionis. Vn̄ oēs pctōres ad deū volētes redire ſecurū habēt ad illū acceſſuꝫ cui nō ꝓpria merita: ſed innocētis ieſu meritū offerre valēt. Idcirco in pn̄ti ſermōe de ſerta flāma diuine charitatis dicēdum eſt: q̄ p̄cioſitas nuncupat: de q̄ ſaluator dicit: Ego ſcꝫ. Ego ſum ipſe q̄ ꝓ pctōrū vroꝝ abſolutione p̄ciū ſufficiētiſſimus ſoluo. Ad qd̄ plenius intelligēdū notabimus tres ꝯditiones xp̄i patiētis oppoſitas impedimētis nr̄e ſalutis.

Prima conditio dicitur abiectionis humilitas.

Scd̄a dr̄ doloris acerbitas.

Tertia dr̄ extrema pauptas.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ De humilitate xp̄i in cruce qua vicit
diaboli ſuperbiam qui impediebat ho-
mines ne ſaluarentur. Caplm̄.j.

PRima conditio vocatur ab-
iectionis humilitas. Voluit
ſiquidem ieſus benedictus
a poteſtate diaboli liberare
nos per ſuam obiectionem
ꝛ humilitatem. Mors quidē eius abie
ctiſſima ꝛ ignominioſiſſima ꝛ viliſſima
fuit eo volente: vt diabolum humilita-
te vinceret. Poteſt autē humilitas xp̄i
crucifixi oñdi ſi conſiderent tria: videlꝫ

Locus.
Tempus.
Modus.

¶ Primo quidē fuit mors xp̄i abiectiſſi
ma ratione loci. Nam qui elegit beth-
leem natiuitati: hieruſalē ſue paſſioni
elegit: vt maior mortꝫ eſſet abiectio ꝙ
ortus ſui extitiſſet gloria. Erat em̄ hie-
ruſalē metropolitana pꝛicipalis ſedes
regis magiſterij ꝛ ſacerdotij. Et ideo ibi
voluit pati ille qui erat rex magiſter et
ſacerdos ꝛ in cultu vnius dei et in ma-
gno populo. Nam dr̄ Act.ij. Et erāt ha
bitantes in hieruſalem iudei viri reli-
gioſi ex omni natione q̄ ſub celo eſt. Et
ſubditur. Parthi ꝛ medi ꝛ elamite: ꝛ q̄
habitant meſopotamiā: iudeā: et cap-
padociā: pontū ꝛ aſiam: phrigiā ꝛ pam
philiam: egyptū ꝛ partes libye q̄ eſt cir
ca cyrenem ꝛ aduene romani: iudei q̄ꝫ
ꝛ pſeliti: cretes ꝛ arabes. Ex quo pꝫ ꝙ
eius mors fuit maxime ignominie p-
pter diffuſionē infamie ad oēs mundi
partes. Fuit etiam crucifixus in mōte
caluarie: vt Joh.xix. ſcribit. vbi impij
crucifigebant et decapitabantur. Hic
quidē eſt mons in quo abraā voluit im
molare filiū ſuū yſaac. Geñ.xxij. ¶ Se-
cundo fuit xp̄i paſſio ignominioſiſſima
ratiōe tp̄is: qꝛ paſſus eſt in feſto azimo
ruꝫ: qñ de tota iudea populus iſrael in
hierl̄m conuenire debebat. Nā ſm̄ Ni-
col. de lyra viri ter in anno tenebantur
hieroſolymā accedere ꝛ intereſſe feſto ꝛ
apparere coram dño. Primo in paſcate
quod in anno illo fuit feria ſexta: ꝛ tali
die crucifixus eſt ieſus. Scd̄o in pente
coſte in memoriā date legis in mōte ſy
nai. Tertio in ſcenophegia qd̄ idem eſt
quod fixio tabernaculoꝝ: ꝛ fiebat i me-
moriā quadraginta annoꝝ quibus filij
iſrael fuerunt in deſerto. ¶ Tertio fuit
xp̄i paſſio vituperoſiſſima ratione mo-
di: quia crucifixus eſt in alto loco vt ab
oībus videret: et poſitus eſt in medio
latronū tanꝙ ipe duobus illis latroni
bus deterior extitiſſet. Hec aūt omnia
ieſus patienter tulit vt diaboli ſuparet
poteſtatē. Unde et Johes Apoc. xx.c.
ait: Uidi angeluꝫ deſcendentē de celo:
ideſt xp̄m habentē clauē abyſſi: et cate-
nā magnā in manu ſua: ꝛ apprehendit
draconē magnū ſerpentē antiquū q̄ eſt
diabolus: ꝛ miſit eum in abyſſum: ꝛ po
ſuit ſignaculū ſup ipm̄. Per iſtū ange-
lum ſm̄ oēs expoſitores intelligit xp̄s
qui virtute ſua diaboli poteſtatē liga-
uit. Sed non immerito aliquis poſſet
obijcere: ꝙ ſcꝫ diaboli poteſtas non eſt
ligata. Nam.j. Pet.v. dr̄: Sobrij eſto-
te et vigilate: quia aduerſarius veſter
diabolus tanꝙ leo rugiēs circuit que-
rens quē deuoret. Et Ephes.vj.c. Non
eſt nobis colluctatio aduerſus carnem
et ſanguinē: ſed aduerſus pꝛincipes et
poteſtates: aduerſus mūdi rectores te
nebrarū harū. Ad qd̄ reſpondet Alex.
de ales i.iij. volumine ſumme.q.xviij.
mē.iij. et Boñ. in.iij. diſt.xix.ar.j.q.iij.
ꝙ vt etiam magr̄ ſentē. in littera dicit:
Per paſſionē xp̄i liberati ſumus a po-
teſtate diaboli: oēs quidē quantum ad
ſufficientiā: ſed illi ſoli qui ſunt de eius
corpore quod eſt eccleſia quātū ad effi-
caciam. Quod patet ſic. Naꝫ diabolus
ante xp̄i paſſionem habebat duplicem
manum: ſcilꝫ attrahentē ꝛ impellentē.
Manus attrahens erat poteſtas tra-
hendi homines ad limbū etiam iuſtos
et ſanctos. Manus impellēs erat po-
teſtas precipitādi in malū vel fallacia:
vel per violentiā: qꝛ tentabat vt draco:
et tentabat vt leo. Prima manꝰ attra-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctiua erat tante potētie vt nullus poſ⸗
ſet ei reſiſtere. Et hec fuit ei oīno ampu
tata xp̄i paſſione. Jam em̄ nullū iuſtū
pōt ad limbū trahere: q꞉ per paſſionez
xp̄i deletum eſt cyrographū pcti Ade.
Manū aūt impellentē habebat ita for
tem vt cū magna difficultate poſſet q̄s
ei reſiſtere. Et ideo in multis regnabat
immo fere in oībus ⁊ oēs ſupabat: vel
per fraudulentiā: vel p violentiam. Et
hmōi ptās debilitata eſt per paſſionez
xp̄i: p quā lumen veritatis aperit ꝯ dia
bolicā fraudulētiā: ⁊ adiutoriū tribuit
virtutis ꝯ diabolicam violentiā. Appa
ruit aūt lumen v̄itatis interi⁹ p diuinā
inſpirationē: ⁊ exteri⁹ p humanā inſtru
ctionē. Jam em̄ fere oībus eſt veritas
ppalata: ⁊ ideo deſtructa eſt idolatria
que pri⁹ regnabat. Adiutoriū aūt virtu
te tribuit p gr̄e infuſionē q̄ reprimit cō
cupiſcētiā: ⁊ p angelicā ꝓtectionē q̄ cō
primit ⁊ reprimit ptātes aduerſas: ⁊ h̊
idē virtute paſſiōis merito cui⁹ mittit
nobis ſpūs. ſ. mittunt etiā ⁊ ipi ange⸗
lici ſpūs vt ſupet aduerſari⁹. Vn̄ diabo
lus ſup oīa abhorret memoriā paſſiōis
⁊ figurā crucis p quā ſum⁹ ab ei⁹ ptāte
liberati. Et ſic pōt ad obiecta reſpōde⸗
ri. Quicunq; ergo xp̄m interroget: cur
caput nō erigit in cruce: audiet illū ꝓti
nus r̄ndētē. Heu quāta eſt ꝯfuſio. Ego
ille ſum q̄ hierl̄m intrauerā clamātib⁹
pueris Mat. xxi. Mar. xi. Luce. xix. et
xii. ⁊ Joh. xii. Bn̄dict⁹ q̄ venit in noīe
dn̄i: ⁊ oī pplo iubilāte: ⁊ mō nudus pa
tior in medio latronū: vt hominē libe⸗
rē a diabolica ſuperbia ⁊ poteſtate.

¶ De immēſo dolore xp̄i in cruce quem ſuſtinuit vt ipe p oībus peccatoribus penitentiā faceret. Capl̄m. ij.

SEcūda cōditio xp̄i patiētis
fuit doloris acerbitas vt pe
nas nr̄as ipſe portaret: de
quib⁹ Eſa. liij. c. ait: Vere lā
guores nr̄os ipe tulit: ⁊ do⸗
lores nr̄os ipe portauit. Et nos reputa
uim⁹ eū quaſi leproſum ⁊ pcuſſuz a deo
et humiliatuz. Jpe aūt vulneratus eſt
propter iniq̄tates nr̄as: ⁊ arbitrat⁹ eſt
ꝓpter ſcelera nr̄a. Diſciplina pacis no
ſtre ſup eū: ⁊ liuore ei⁹ ſanati ſum⁹. Oēs
nos quaſi oues errauim⁹: vnuſq̄ſq; in
viā ſuam declinauit: ⁊ dn̄s poſuit in eo
iniq̄tatē oīz noſtrū. Et. j. Pet. ij. c. Pec
cata nr̄a ptulit in corpe ſuo ſup lignuz:
vt pctīs mortui iuſticie viuam⁹: cuius
liuore ſanati ſumus. Que verba decla⸗
rās magr̄ in. iij. diſtin. xix. ait: Pctā por
tare eſt pro pctīs nr̄is penam pati. Do
luit itaq; ieſus p nobis. Ad cui⁹ plenio
rē intelligētiā tria de xp̄o cōſideremus.

Primo veritatem.
Scd̄o grauitatem.
Tertio vtilitatem.

¶ Primo conſideremus doloris xp̄i ve⸗
ritatez. Non em̄ videtur quibuſdā xp̄m
vere doluiſſe: q꞉ arguūt primo ex quo⸗
dam dicto Hilarij. x. li. de trinitate. vbi
ait: Virt⁹ corporis ſine ſenſu pene vim
pene in ſe deſeuientis excipit. Sz ver⁹
dolor nō eſt ſine ſenſu pene ergo in xp̄o
non fuit verus dolor. Scd̄o arguūt ex
dicto Dionyſij: qui ad Johannē euan⸗
geliſtā ita ſcribit: Abſit vt ego inſaniā:
vt credā ſanctos aliq̄d pati ſm corpis
paſſionē: ſed ſm iudicium ſolū iudica⸗
re ipſos ſentire credo. Si g̊ h̊ eſt verū
ſcti non ſenſerunt paſſiones vllas niſi
ſolum ſm iudicium: non ergo ſm expe
rientiā: ergo patiendo nō habuerūt do
lorem verū. Ergo multo minus ſanct⁹
ſanctoꝝ xp̄s. Tertio arguūt: quia moy⸗
ſes ieiunauit. xl. diebus et. xl. noctibus
ſine aliqua corporis leſione ꝓpter ꝯti⸗
nuam contemplationem. Si ergo pfe⸗
ctio cōtemplationis aufert paſſionem
et ſenſum famis: pari ratione videt ꝙ
auferat ſenſum doloris in carne paſſi⸗
bili. Sed in xp̄o fuit continua contem⸗
platio ⁊ perfectiſſima: ergo videtur ꝙ
nl̄la fuerit ī eo doloris expiētia. Quar
to arguunt: quia natura agens preſtā⸗
tior eſt patiēte: ſz natura aſſumpta pſtā
tior eſt omni alia: ergo non videtur ꝙ
ab aliqua natura poſſit affligi vel ledi.
Quinto arguūt: quia ſi anima petri po

neretur in inferno: ab ignibus non cru-
ciaretur: quia nō habet in ſe cauſam ꝑ
quā debeat dolere. Igiť ſi aīa xpi nul-
lā cauſam paſſionis in ſe habebat: vi-
detur ꝙ nullū dolorē ſentiebat in car-
ne quātūcūqȝ paſſibili. Si ḡ dolor eſt
paſſio ipſius anime poti⁹ ꝙ̄ carnis: ſi-
cut dicit Aug. videť ꝙ in xpo nō fuerit
dolor verus. Tali errori innituntť ꝗdaȝ
heretici: ⁊ eſt etiā antiquus error ſara-
cenoꝝ: qui error nō ſolum euacuat fidē
xpi: ⁊ xpi euangeliū: ſed etiā euacuat re-
dēptionē noſtram: ⁊ dicit xp̄m non eſſe
xp̄m. Dū em̄ dicit xp̄m nō fuiſſe veraci-
ter paſſum: dicit ip̄m nō ſatiſfeciſſe: ac
per hoc nec genus humanū eſſe redem-
ptū. Dū ṽo dicit ipſum ſimulaſſe ſe pa-
ti: dicit ip̄m fuiſſe mendacem: ⁊ ita nec
vere fuiſſe dei filiū: nec dei nuncium: et
ita nec mediatorē: ſȝ potius deceptorē.
Ideo catholice dicendū eſt ſm Alex. in
iij. ſumme. q. xvij. mē. j. ar. ij. ⁊ Boñ. di.
xvj. iij. libri ſentētiaꝝ. ar. j. q. j. ꝙ abſqȝ
dubio vera doloris paſſio fuit in xpo ſi-
cut ſcriptura teſtať. Vñ Eſa. liij. c. dici-
tur: Vidimus eū nouiſſimū viroꝝ: virū
dolorū et ſcientem infirmitatē. Qḋ nō
intelligit ꝓpheta de ſcientia ſimplicis
noticie: ſed de ſciētia experiētie: ⁊ in ꝑ-
ſona eius dicitur in pſ̄. lxviij. Ego ſum
pauꝑ et dolens. Fuit enim in xpo caro
paſſibilis ⁊ perforabilis fuit etiā virt⁹
ſentiendi ſm quā etiā anima cōpatiť:
corpori leſo. Qm̄ igiť hec duo verū do-
lorē faciunt. ſ. vera leſio ⁊ verus ſenſus
leſionis: ⁊ hec duo vere fuerunt in xpo:
indubitanter tenendū eſt ꝙ in xpo fuit
vera doloris paſſio. ¶ Ad primuȝ ergo
quod obijcitur de autoritate Hilarij tri-
pliciter eſt reſpondēdū. Quidā em̄ di-
cunt ip̄m verba illa retractaſſe: alij ṽo
aſſerunt ꝙ in verbo predicto: ⁊ in alijs
ibidē poſitis non excludit ſenſum dolo-
ris in xp̄o ſm humanaȝ naturā ſed ſm
diuinā. Vñ verba illa non ſunt referen-
da ad xpi perſonā. Et hoc cōfirmať: qꝛ
vt dicit idem Hilarius: intelligētia ver-
borū ex cauſis dicēdi eſt aſſumēda. Vo-
luit itaqȝ in verbis premiſſis excludere
errorem Arrij heretici: ꝗ dicebat xp̄m
ſm ſe totū paſſum fuiſſe. Quidā ṽo vt
magiſter ſententiarū in lr̄a reſpōdēt ꝙ
Hilarius nō voluit oſtendere xp̄m non
habuiſſe verū dolorē: ſed non habuiſſe
cauſam doloris. ¶ Ad ſcōm de autorita-
te Dionyſij dicendū eſt ꝙ Dionyſi⁹ non
ſenſit ꝙ beatus Iohes ⁊ alij ſancti nō
experirentur dolorē in tormentis: ſȝ vo-
lunt cōmendare ſubſtantiā mētis: que
nō magis cōmouebať experientia ſen-
ſus ꝙ̄ cōmoueret ex ſola conſideratiōe
⁊ iudicio ratiōis. ¶ Ad tertiū de moyſe
dicendū eſt: ꝙ etſi dulcedo cōtēplatio-
nis quodāmodo ip̄m reficeret: ⁊ a ſenſi-
bus exterioribꝰ abſtraheret adeo ꝙ na-
turales virtutes quodāmodo cōſopi-
ret: vt nō ita ꝯſumerenť: ⁊ cibū requi-
rerent: tñ ꝙ tāto tp̄e ieiunauit ſine ali-
qua ſui leſione: hoc fuit per ſpeciale pri-
uilegiū ſiue beneficiū: ⁊ diuinū miracu-
lum. Et ideo nō habet locum in propo-
ſito: quia xp̄s in paſſione ſua non exer-
cuit miracula potentie: ſed poti⁹ vſus
eſt armis patiētie. ¶ Ad quartū dicen-
duȝ eſt ꝙ illud non oportet intelligi ꝙ
ſit verum ſimpliciter: ſed ſm aliquā co-
ditionem ſiue ꝓprietatem. Quia enim
lapis ledit pedē: nō oportet ꝙ lapis ſit
nobilior pede: ſed ſufficit ꝙ excedat in
aliqua conditione: vtputa in duricie et
ſoliditate. Et ſic eſt in propoſito. Quā-
uis em̄ clauus non eſſet nobilior carne
xpi: erat tñ durior ⁊ ſolidior. Et ſi tu ob-
ijcias mihi de anima ꝙ non poſſet pa-
ti: dicēdū ꝙ aīa nō patiebať ꝑ ſe: ſed ꝑ
accidēs. ſ. compatiendo carni. Vel ſm
Aug. in. vj. muſice. anima ſumit occa-
ſionem patiendi ex carne: verūtamē pa-
titur ex ſe occaſiōe accepta aliūde. Po-
teſt etiam dici ꝙ illud verbū habet in-
telligi ſm inſtitutionē nature: non ſm
diſpenſationem miſericordie ⁊ punitio-
nem iuſticie: quorū primū reſpicit ani-
mam xpi: reliquuȝ animā peccatricem:
ſicut. xliij. diſtin. iiij. expreſſe habetur.
¶ Ad quintū qḋ obijcitur ꝙ aīa Petri

non pateref in inferno: dicẽdum ꝙ nõ eſt ſimile: q̄ꝛ anima petri poſt glorificationẽ perfectã nõ eſt paſſibilis eſt cauſa ꝓpria: nec ex diſpenſatione diuina propter ſalutem alienam. Non autẽ eſt ſic de anima xp̄i que diſpenſatiue ꝛ voluntarie paſſibilitatez habuit cũ carne paſſibili cui adiuncta fuit. ¶ Secundo conſideremus doloris grauitatẽ. Fuit eñi dolor eius grauiſſimus: ita vt excederet oẽs penas martyrũ: ꝛ quecũqꝫ genera tormentoꝝ triplici ratione: videlꝫ

Primo propter aĩe ſue limpiditatẽ.
Scdo propter carnis teneritudinẽ.
Tertio ꝓpter vtriuſqꝫ neceſſitudinẽ.

¶ Prima rõ pꝫ: q̄ꝛ aĩa eius habuit noticiã omniũ veritatũ. Unde nouit diſtincte que ſibi fuerunt penalia: nec ꝓpter vnũ aliud minus apprehendit. Jõ ſm numerum eorum que patiebatur ꝛ partiũ ſm quas patiebatur fuit apud animam ieſu doloris multiplicitas. Unde Eccl's.j. dicitur: Qui addit ſcientiã addit ꝛ laborem. ¶ Secunda ratio patet: quia ſm Boñ. in.iij. diſti.xvj.ar.j.q.ij. in eo erat maxima cõplexionis equalitas ꝛ ſenſus viuacitas. Quanto eñi cõplexio eſt nobilior: ꝛ quanto ſenſus tactus eſt viuacior: tãto dolor eſt acutior. Secundũ autem doloris ipſius magnitudinem eſt totius corporis afflictio. Audi enim omnium membrorum afflictionem. Pedes eius fuerũt afflicti cũ diſcalciati ꝛ nudi per totã noctẽ et per partem magnam diei huc ꝛ illuc currerent. Pieqꝫ credendum eſt ꝙ ſepius in lapides impingebant: effundebantqꝫ per viam ſanguinẽ ſacrũ. Uitalia mẽbra ac reſpirantia ſicut cor et pectoris concauũ: ꝛ ſimilia dure fuerunt afflicta in timore ꝛ multorum ſuſpirioꝝ et gemitũ aſſumptione circa coſtas dorſum latera atqꝫ corp9. Et vniuerſaliter oĩa membra in dura flagellatione afflicta fuerunt: in qua ſuperficies carnis ſue tenere: ꝛ delicate fuit crudeliter lacerata: ꝛ ſanguine cruentata. Brachia fuerũt afflicta ob duram ligationẽ ꝛ conſtrictionẽ. Humeri fuerũt afflicti duro onere crucis. Os quoqꝫ afflictũ fuit tã fetido oſculo ꝓditoris: ꝙ etiam fellis ꝛ aceti amaro potu. Nares afflicte fuerunt horribili fetore ſputorũ abominabilium iudeoꝝ ꝛ fetore cadauerũ mortuoꝝ. Gene quoqꝫ afflicte fuerunt ꝛ tumefacte ac ſanguine ꝛ liuore cõſperſe: Tum ex percuſſionibus faciei: tum etiã ex ſpinea corona ꝓpter quam ſanguis per eius faciẽ defluebat. Oculi fuerunt afflicti cõfuſi ꝛ velati ac fletu reliquati in furoris ꝛ iracundie ignẽ ſpirantium inimicoꝝ ſuoꝝ aſpectu: necnõ quia videbat matrẽ ꝛ diſcipulũ quẽ diligebat flentes ꝛ cruciatos. Aures replete fuerunt opprobrijs. Uertex capitis afflict9 fuit duriſſimis ſpinis ꝛ ꝑcuſſione arũdinis. Ob immẽſitatẽ itaqꝫ doloris clamat xp̄s Trenoꝝ.j. dicẽs: O vos oẽs q̄ tranſitis per viam: attendite et videte ſi eſt dolor ſilis ſicut dolor me9. ¶ Tertia ratio propter anime ꝛ corporis neceſſitudinem. Quanto equidem maior eſt amicitia anime ad ip̄m corpus: tanto ſeparatio eſt doloroſior. Cũ ergo inter animã xp̄i ꝛ ip̄m corpus maior eſſet amicitia ꝙ fuit in alijs hoĩbus mundi tũ ꝓpter anime bene ordinate charitatẽ: tũ etiã ꝓpter corporis ſeu carnis puritatẽ ꝛ dignitatem: ſequitur ꝙ qñ anima xp̄i per mortẽ fuit a corpore ſeparata ꝙ dolor ipſius intenſior fuerit ꝙ dolor cuiuſcũqꝫ moriẽtis. ¶ Tertio ꝯſiderare opꝫ doloris xp̄i vtilitatem. Nam ꝑ dolorẽ ſuum nos liberamur a pena cui merito ſubijceremur. Scdm eñi Boñ. in.iij. diſt.xix.ar.j.q.iiij. paſſio xp̄i nos liberauit a pena tp̄ali ꝛ ab eterna: ꝛ ab ea q̄ eſt inter vtrãqꝫ media. A pena temporali liberat dũ virtute illi9 cõdonantur nobis pctã: nõ ſolum quãtũ ad culpam ꝛ reatũ pene eterne: ſed etiã quãtuꝫ ad dimiſſionẽ pene ſatiſfactorie ſicut habet fieri in ſacramẽto baptiſmi. A pena eterna liberat liberãdo a culpa Dum enim per paſſionẽ xp̄i nobis gratia impetraf: ꝑ quam culpa dimittitur

nobis debitū pene eterne mortis relaxatur. Liberat a pena que eſt etiam inter vtrāq; media que quidē fuit carētia viſionis diuine ex merito pcti ade. Et illa quidē etſi fuerit ad tēpus ꝓpter gratiā reparata in eis q̄ detinebant̄ in limbo: debebat tñ habere eternitatē habito reſpectu ad culpā Ade. ¶ Sed aliq̄s obijciet: qꝛ nūc illis penis tꝑalibus ſubiacemus: q̄bus ſubiacebāt illi qui erāt ante paſſionē xp̄i. Et nullus q̄ eſt in inferno dānat⁹ liberat̄ a pena tꝑali nec ab eterna. ¶ Rñdet dñs Boñ. vbi. ſ. ad vlti. argu. ꝙ rō illa peccat ſm cōſequēs. Nō eī ſequit̄ ꝙ ſi hoc modo nō liberat a pena tēporali et eterna: ꝙ propter hoc nullo modo. Quis eñi nō liberet a pena eterna eos q̄ ſunt in malo obſtinati: liberat tñ eos qui volunt ⁊ poſſunt ad chriſtuȝ conuerti. Rurſus q̄uis nō liberet a pena tēporali in preſenti: vt ab iſta: fame ⁊ ſiti liberabit tñ in futuro. Liberat etiaȝ ab aliquib⁹ penis tēporalibus ad quas eſſemus obligati merito peccatoruȝ noſtroꝝ: niſi paſſio xp̄i interueniret. Si q̄s ergo pie xp̄m cōtemplando in cruce pēdētem interroget: cur caput tenet inclinatum: audiet illū dicentem protinus. Heu me doloribus angor: paſſionibus crucior: et in amaritudine morat̄ anima mea. Alloquere ipſum alloquere anima dura: ⁊ loquet̄ ipſe tecū libēter. Dic ei: O amātiſſime iuuenis qđ ſcelus cōmiſiſti vt crucē cum tanto dolore aſcēderes. Et ipſe dicet tibi: Tu aīa es mihi cauſa doloris: tu peccaſti ⁊ peccare nō ceſſas: ⁊ cū penas nō valeas ſoluere delictorū: ego pro te penitētiā ago ⁊ ꝓ oībus qui ſaluari volūt. Abſq; eñi mei ſanguinis effuſione nullus ſaluari poſſet. Sanguis ꝟo meus effuſus tante virtutis eſt ⁊ efficacie: vt vna gutta ſola ſufficiat ad redimendum omne genus humanum. Sed ego largus redemptor vt ſecuri ſiant qui ſaluari et conuerti volunt non vnam guttulā: ſed de toto corpore meo ſanguinē meū effundo. De capite: de facie: de ore: de collo: de manibus: de pedibus: de omnibus membris meis: et deniq; de corde meo. Propter hoc Bern. ſup Cant. ſermone. xxij. ait: Ad cumulū pietatis tradidit in morte aīam ſuam ⁊ de ꝓprio latere ꝓtulit precium ſatiſfactionis quo placaret patrē. Propter qđ illū ad ſe verſiculum traxit. Apud dominum miſericordia ⁊ copioſa apud eū redemptio. Prorſus copioſa: qꝛ nō gutte: ſed vnda ſanguinis largiter per quinq; partes corporis emanauit. hec ille. Sed hominis peccatoris ipſum fugiētis maliciam xp̄s cōſiderās: de ipſo ſic cōqueritur per Augu. cōtra quinq; hereſes. Cū eſſes inquit inimicus patris mei reconciliaui te. Cū inter montes ⁊ ſiluas errares queſiui te. Humeris meis portaui te. Patri meo reddidi te: laboraui: ſudaui: caput meum ſpinis oppoſui: manus meas clauis obieci: lancea latus meum aperui: ſanguinem meum fudi: animaȝ meaȝ poſui vt te mihi copularem Et tu diuideris a me.

¶ De paupertate chriſti quam in cruce ſuſtinuit: vt nobis diuitias grē inueniret. Capitulum. iij.

TErtia cōditio xp̄i patiētis eſt extrema paupertas: quā ſuſtinuit pro noſtris culpis delendis. De qua ipſe Mathei viij. c. ait: Vulpes foueas habēt: ⁊ volucres celi nidos: filius aūt hoīs non habet vbi caput ſuum reclinet. Fuit nāq; xp̄s triplici paupertate fatigatus.

Prima paup̄tas fuit bonoꝝ tꝑaliū.
Scđa amicoꝝ familiarium.
Tertia bonoꝝ ſupernaturaliū.

¶ Prima paupertas fuit bonoꝝ temporalium. Nullum quippe bonū tēporale aderat xp̄o in cruce anguſtiato: non domus: nō tectū: nō pānus: nō aurū: nō argentū: ſed nudus ipſe pēdebat. ¶ Secūda paupertas fuit amicoꝝ familiarium qꝛ oēs eo relicto fugerūt. Hinc per prophetam cōqueritur dicēs. cxlj. Cōſiderabam ad dexterā ⁊ videbā: ⁊ nō erat qui cognoſceret me. Scđm Alexā. de ales. nō dicit ad ſiniſtrā ꝓpter virginē beatā

que ſola ad ſiniſtrū perſecutionē filium verū deuꝫ ⁊ hoīem cognoſcebat. Ceteri ho etſi ex generali cōpaſſione xp̄o compaterentur: tñ ipſum credebāt purū hominē in tormentis deficientē. ❡ Tertia paupertas fuit donoꝝ ſupernaturaliū. Habebat xp̄s dona plurima: vtputa: ſcientiā: ſapientiā: ſanctitatē: pulchritudinem corporis ⁊ aīe: ⁊ alia hmōi: quibus oībus in cruce: etſi nō fuerit priuatus: priuari tñ viſus eſt dum reputatus eſt peccator: ſtultus: ſeductor: ⁊ oīm malorū perpetrator. Quare nō immerito ad ſe aduocās aīam peccatriceꝫ dicere pōt. Reuertere ad me anima mea. Ecce ꝓ te preciū ſoluo. Expendo ꝓ te oēs theſauros meos. Suſcipe ſanguinē meū. Suſcipe penas meas: ⁊ offer illas patri celeſti. Dic ei parce mihi miſere peccatrici per vulnera: per dolorē ⁊ ſanguinē: per morteꝫ ieſu xp̄i. Parce dn̄e qꝛ filiꝰ tuus ꝓ nobis peccatoribꝰ pati dignatus eſt. Et ſtatim deus remittet tibi pctā tua. Ergo non immerito precioſitas vocari pōt hec flamma amoris: vbi xp̄s precioſum ſanguinem ſuū offert peccatoribꝰ: vt cōſequantur ſalutē quā nobis donet ille qui viuit in ſecula. Amen.

❡ De diuina charitate in quo declarat ꝙ gratioſus ſit deus pctōribus penitētibus ⁊ ad ſe redeūtibus: quibus admirāda dona cōcedit. Sermo. vij.

Venite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati eſtis: ⁊ ego reficiam vos vbi. ſ. Ut ſe tandem beniuolum reddat deus pctōribus penitētibus: offert illis munera gratie ſue: cum dicit: reficiam vos. Ad qd̄ plenius intelligendū in preſenti ſermone: de charitate diuina concludemus tractatū: exponētes ſeptimā flammam: que vocabatur gratioſitas. Pro cuius declaratione notabimus tria gratioſa dona que deus ꝓ ſui amore peccatoribus ad ſe redeūtibus elargitur.
❡ Primū donū dr̄ reſtitutionis.
Scd̄m letificationis.
Tertium glorificationis.

❡ Qualiter deꝰ reſtituit pctōribus per penitētiā bona prius perdita: ⁊ per peccatū mortificata. Capm. j.

Primū donū qd̄ deꝰ bn̄dictus elargitur pctōribus penitētibus dr̄ reſtitutionis. Scd̄m Rich. in. iiij. di. xiiij. ar. vij. q. ij. ⁊ cōem opi. theologoꝝ: ꝑ penitentiaꝫ reſtituūtur hoī opa priꝰ perdita: et per culpā mortificata: que ante viua fuerūt. Si qs nāqꝫ in charitate exiſtēs decē annis ſeruierit deo ieiunādo: ⁊ orādo: ⁊ cetera hmōi faciēdo adueniēte culpa mortali: bona hec oīa perdidit. Sed eo a culpa reſurgēte reuiuiſcūt ſimul oīa ſupradicta. ❡ Sed cōtra obijci pōt ꝑ dictum Hugonis q̄ ait: Nemo in ſpe correctionis peccare dꝫ: qꝛ qd̄ ſemel amittit ipm nō recuperat ampliꝰ. Ergo ſi bona opa prius facta ſint amiſſa per culpā: impoſſibile eſt ea reſtitui: ergo nec viuificari. Item omne qd̄ viuificat eſt aliquo mō: ſed qd̄ oīno perijt nullo mō eſt: et talia ſunt opa bona prius facta: ergo nec viuificari nec recuperari poſſunt. Rn̄det Boū. in. iiij. diſt. xiiij. parte. ij. ar. ij. q. iij. ꝙ opera q̄ prius fuerūt viua: qꝛ et charitate facta et digna vita eterna: poſtea adueniēte culpa mortificātur in iſto: qꝛ ampliꝰ in hoc ꝙdiu eſt culpa in eo non eſt diſpoſitio digna remuneratione ꝓpter indignitate ipſiꝰ: ſed rurſus gratia redeūte que iſtū facit dignum vita eterna: iam opera in hoc ſunt digna remunerationi: ⁊ ideo reſtituūtur ⁊ viuificātur. Ad intelligentiā tñ obiectoꝝ notandum ꝙ dicūt quidam ꝙ opera bona in charitate facta: qꝛ bona ſunt ⁊ ideo ſiūt in laudē dei vt inde debeat laudari deꝰ qꝛ ſᵒ in vnitate myſtici corporis: et qꝛ in charitate pertinēt ad opus myſticū: qꝛ ſᵒ ex libera volūtate et iuſta: ad radicis premiū ſiue ad facientis meritum. Ūn̄ lꝫ iſte cadat qui facit opa: nihilominus remanent in corpore myſtico: qꝛ inde alia mēbra gaudebūt: ⁊ deꝰ inde lau



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dabitur. Sed tñ nō manēt ad gloriā fa ciētis: ⁊ ideo moriūtur iſta cū iſte moritur: ſed eo reſurgēte a culpa: ⁊ facto de corꝑe myſtico: ſibi opa bona reuiuiſcūt: et quātū ad hoc dicūt itelligi illud Apoca. iij. Tene qđ habes. Quicquid aūt ſit de hoc ſiue remaneāt in corpore myſtico ſiue non: verū eſt ꝙ remanent in memoria eius qui fecit: ⁊ dubium etiā non eſt quin maneant in memoria dei: et q̄diu manet culpa: manent in cognitione dei cūcta reſpicientis: et in memoria peccatoris. Sed ibi nō manent ad remunerādum: nec in memoria peccatoris ad gaudium: ſed magis ad dolendū. Sed cum reſurget manent in deo ad remunerandum: ⁊ in memoria ipſius peccatoris ad gaudendū. ¶ Ad dictū Hugonis dicendum eſt ꝙ intelligit de illo opere bono qđ homo potuiſſet facere vel feciſſet illo tēpore quo peccauit: qđ quidē nō recuperabitur: qꝛ ſi alio tēpore velit facere opus qđ omiſit: perdit qđ debēt facere in illo tēpore. ¶ Ad ſecundū dicendū ꝙ illa opera que mortificata fuerunt manēt in memoria eius qui fecit: et dei pro quo fecit. hec Boñ.

¶ De leticia angelorū ⁊ totius celeſtis curie ꝓpter penitentiā ⁊ conuerſionem peccatoꝝ. Capm. ij.

SEcundū donū dicitur letificationis. Facit vtiq̄ deus angelos ſuos iubilare in cōuerſione peccatorū. Unde Luce xv. dicitur: Gaudiū eſt angelis dei ſup vno peccatore penitentiā agēte. ¶ Sed circa hoc notādū de gaudio angelorum ſm Boñ. diſt. xſ. ar. ij. q. ij. ij. libri. ꝙ ipſum gaudiū in angelo creſcere pōt intelligi dupliciter. Uel extenſiue: vel intenſiue. Extenſiue dicit̄ creſcere qñ quis de pluribus gaudet. Intēſiue aūt qñ affectus eius de aliquo copioſius gaudet. Si ergo loquamur de cremento gaudij ſm primū modum: ſcilꝫ quātum ad extenſionem: verū eſt. Et doctores cōiter ſentiūt ꝙ ipſis beatis angelis accreſcit gaudiū ex ſalute peccatoꝝ: qꝛ de pluribus gaudēt: ſm ꝙ plures ſaluātur. Si autē loquamur de cremento gaudij ſm modū aliū: ſcꝫ quantū ad intenſionem: ſic eſt diſtinguendū. Nam gaudium duplex eſt. Quoddā eſt gaudiū in quo conſiſtit premiū ſubſtātiale: ⁊ illud eſt gaudium de bono increato: qđ angelus habet de deo ⁊ in deo. Eſt iterū gaudium quoddā accidētale: ⁊ illud eſt gaudium qđ angelus habet de bono creato: ſiue ꝓprio: ſiue alieno. Ergo aliqui dixerūt ꝙ i angelis beatis accreſcit vtrūq̄ gaudium intēſiue: qꝛ nondum ſunt perfecte beati: q̄uis ſint cōfirmati. De quorum opinione videtur fuiſſe magiſter. Sed quia hec opinio nō videtur probabilis: ideo fuerunt aliqui qui dixerunt ꝙ neutrum gaudium creſcat in eis intenſiue: ſed ſolū extenſiue: ſicut charitas eoꝝ nō eſt maior q̄ fuerit ab initio: q̄uis plures nūc diligant q̄ tunc. Sed qꝛ illud nō videtur adhuc ſatis probabile ꝙ angelis accreſcat materia gaudij quinetiā accreſcat ⁊ gaudiū: ideo eſt tertius modus dicendi ꝙ in angelis nullo modo accreſcit gaudiū in quo cōſiſtit premiū eſſentiale: qꝛ quātum ad illud perfecte beati ſunt. Sed gaudiū in quo conſiſtit premiū accidētale accreſcere poteſt non ſolū extenſiue: verūetiam intēſiue rōne proprij boni coniuncti ꝙ miniſtrando alijs bona opera ⁊ rōne boni faciunt in quibus premiū accidētale merētur. Et qꝛ etiam cōciues ſuos ad beatitudinem perducūt ſuper quibus cōgratulantur: nō ſolū autē angeli: ſed etiā tota trinitas gaudet et facit feſtū de conuerſione peccatoris: et primo gaudet pater. Nā rex terrenus multū gaudet qñ filius ſibi concipitur: ſicut letatus eſt Abraam ex cōceptu Sare. Multū gaudet qñ naſcitur: ſicut Zacharias ⁊ Elizabeth in ortu precurſoris. Multū gaudet quando filius ablactatus eſt. Unde Abraam fecit magnū conuiuiū in ablactatione filij ſui yſaac. Geñ. xxj. Multū gaudet qñ filius grandis effectus eſt: et ad mēſam recipitur. Sic pater celeſtis de filio ſpi

ritualiter cōcepto:nato:ablactato:⁊ ad menſam recepto multū gaudet. Conceptio nāq accipitur in contritione: ſiue boni ꝓpoſiti inchoatiōe. Vñ Eſa.xxvj. A facie tua dñe cōcepimus:⁊ quaſi parturiuimus:⁊ peperimus ſpiritum ſalutis. Natiuitas attēditur in confeſſione vel bonorum operū oſtenſione. Sed de multis pōt dici illud Eſa.xxxvij. Venerūt filij vſq ad partum: ⁊ virtus nō eſt pariēdi. Ablactatio attenditur in vite perfectione: qñ homo intantū proficit ꝙ iam non indiget lacte paruulorū:ſed cibo ſolido perfectorum:de quo Heb.v. Perfectorum aūt eſt ſolidus cibus. Ad menſam receptio attēditur in celeſti refectione.iuxta illud Luc.xxij. Ego diſpono vobis regnū vt edatis ⁊ bibatis ſup menſam meā in regno meo. Scđo gaudet filius triplici de cauſa. Primo qꝛ videt effectū ſue paſſionis. Qđ notatur in parabola de oue perdita ⁊ inuenta. De qua Grego. ait in homel. Una ouis perijt quādo homo peccando vite paſcua dereliquit. In humero aūt poſuit:quia peccata in corpore ſuo ipſe portauit. Et Augu.in libro cōtra quinq hereſes. Cū eſſes inquit xp̄s inimic⁹ patris mei recōciliaui te:cum inter montes et ſiluas errares queſiui te: humeris meis portaui te:patri meo reddidi te:laboraui: ſudaui:caput meum ſpinis oppoſui:manus meas clauis obieci: lancea latus meum aperui: totus iniurijs et aſperitatibus laceratus ſum: ſanguinē fudi ⁊ animam poſui:vt te mihi copularē:et tu diuidis a me.hec ille. Tantū aūt deſiderium de oue inuēta habuit:ꝙ etiā deſertū.i.celū dereliquit. Qđ dicitur deſertū.i.derelictum ab hoīe qui fuerat ipſum habiturus. Tum qꝛ adinſtar deſerti in eo ſunt dulces cantus auiū.i.angelorum. Ibi etiā ſunt roſe martyrū:viole cōfeſſorum:⁊ lilia virginū. Scđo gaudet fili⁹: qꝛ videt in peccatore cōuerſo reformationē ſue imaginis. Qđ notatur in ſecūda parabola de drachma perdita et inuenta: in qua imago regis refulget. Decē enī drachme ſunt nouem ordines angelorum:⁊ decimus hominū: qui ad dei imaginē ſunt creati. Sed decima drachma ꝑdita fuit qñ homo peccauit. Sed xp̄s ipſam queſiuit ⁊ ſuam imaginē reparauit. Tertio gaudet eo ꝙ videt reſuſcitationem ſui fratris. Qđ notat in tertia parabola de filio ꝓdigo:de quo dicit: Epulari ⁊ gaudere oportebat: qꝛ frater tuus perierat ⁊ inuentus eſt. ¶ Tertio de conuerſione pctōris gaudet ſpūſſanctus triplici de cauſa. Primo qꝛ recuperat templū ſuum quod dꝫ inhabitare:de quo.j.Cor.iij.c. Neſcitis qꝛ templū dei eſtis:et ſpūs dei habitat in vobis: Habitare aūt nō poſſet niſi ſpūs malign⁹ recederet.ij. Cor. vj. Que aūt conuentio xp̄i ad belial: q̄s cōſenſus tēplo dei cū idolis: Scđo gaudet qꝛ recuperat membrū ſuū qđ dꝫ viuificare.j.Cor.vj. An neſcitis qm̄ membra veſtra templum ſunt ſpūſſancti: Videmus aūt ꝙ membrū precisum putridum vel paralyticū nō viuificat a ſpiritu humano. Eodē modo nec peccator a ſpū diuino. Tū qꝛ diuiſus eſt a deo Eſa. lix. Iniquitates veſtre diuiſerunt inter vos ⁊ deū veſtrū. Tū qꝛ putrefactus eſt in peccato Johel.j. Computruerūt iumēta in ſtercore ſuo. Tum qꝛ paralyticat⁹ eſt ex inordinato motu:nō enī hꝫ ſenſum amoris dei: de quo dr̄ Sap.j. Sentite de dño in bonitate. Tertio gaudet qꝛ recuperat vas ſuum qđ dꝫ implere. Oportet aūt ꝙ iſtud vas ſit vacuum ab amore mūdi ſi debet impleri amore dei. Unde Auguſt.ſuper Johannē. Vas es:ſed plenus es. Funde qđ habes vt recipias qđ non habes. Funde amorem ſeculi:vt implearis amore dei. ¶ Sed circa hoc queri poteſt quomodo intelligatur illud verbum: Maius gaudiū eſt angelis dei ſuper vno peccatore penitentiā agēte:q̄ ſuper nonagintanouem iuſtis: Ad quod dicendum ꝙ poteſt intelligi dupliciter. Aut de tepidis iuſtis: aut de feruentibus. Si primo modo: hoc verum eſt. Unde Gregorius ait: Mai⁹ de pctōre q̄ de fratre iuſto gaudium fit in

celo: quia ⁊ dux in prelio plus illū mili
tē diligit qui poſt fugā reuerſus hoſtez
fortiter premit: ꝙ illū qui nunꝙ terga
vertit ⁊ nunꝙ aliq̄d fortiter fecit. Sic
agricola illā terrā ampli⁹ amat q̄ poſt
ſpinas vberes fruges profert: ꝙ eam q̄
nunꝙ ſpinas habuit ⁊ nunꝙ fertilem
meſſem produxit. De hoc etiā Aug. in
lib contra Fauſtum ſic dicit: Agricole
plus placent agri qui ſpinis etiam ma
gnis eradicatis centenuz proferunt: ꝙ
qui nullas ſpinas vnꝙ habuerūt ⁊ vix
ad triceſimū peruenerūt. Si aūt intel-
ligat̄ de iuſtis feruētib⁹: tūc diſtinguē-
dū eſt inter affectū ⁊ effectū. Nam ſm
Bon. meliori maior affect⁹: magis autē
indigēti: maior eſt tribuēd⁹ effect⁹. Vi-
dem⁹ eñ ꝙ ſi aliq̄ mater decē filios ha
beat: ſi vn⁹ infirmat̄ ⁊ poſtea ſanat̄: ma
ius gaudiū oñdit de ſanitate iſtius re-
cupata ꝙ de ſanitate in alijs ꝯſeruata.

¶ De gloria quam acquirunt peccato-
res conuerſi de ipſoꝝ beatitudine in re
gno celorum. Caplm. iij.

Tertiū donū quod de⁹ pecca-
toribus penitētibus elargit̄
dicitur glorificationis. Naz
in celeſti ⁊ beata hieruſalem
ipſos tandē aggregat ſocietati ciuium
ſupernoꝝ. Neqꝫ eñ ꝓpter pctā ipis in
fimū locū concedit: quinimo vt ſalua-
tor ait propter ipſam penitentiā mere-
trices et publicani precedent in regno
celoꝝ. Quāta aūt ſit eoꝝ gloria in celo:
oſtēditur in Thayde meretrice: de qua
in vitiſpatrum legitur: ꝙ tante pulchri
tudinis extitit: ꝙ multi ꝓpter eā ven-
ditis ſubſtantijs ſuis ad vltimā paup-
tatē deuenerūt: ſed ⁊ amatores ei⁹ mu
tuo ſe interficiebāt. Qd cū audiſſet ab-
bas Pannutius: ſumpto habitu ſecu-
lari ⁊ vno ſolido: ꝓfectus eſt ad eam in
quandā egypti ciuitatē: deditqꝫ ei ſoli
dum quaſi pro mercede peccandi. Illa
autē accepto precio ait illi. Ingredia-
mur ſimul cameram. Cumqꝫ ingreſſus
eſſet ⁊ locum precioſis ornamentis ſtra
tum aſcendere inuitaretur: dixit ad eā.
Si eſt interius cubiculū in ipm eam⁹.
Illa autem dixit: Eſt quoddā cubiculū
vbi nullus ingreditur. Si vero deum ti-
mes: nullus locus eſt qui eius diuini-
tati abſcondatur. Quod cum ſenex au-
diſſet dixit ei. Scis eſſe deū? Cūqꝫ illa
reſpondiſſet ſe ſcire deū ⁊ regnū futuri
ſeculi: necnon tormēta peccatoꝝ: dixit
ei: Si ergo hec noſti: cur tot animas ꝑ-
didiſti? Et non ſolū ꝓ tua: ſꝫ ⁊ ꝓ alioꝝ
reddēda rōne dānaberis. Illa vero ꝓuo
luta ad pedes abbatis. Pannutij cū la
chrymis orabat dicēs: Scio eſſe peni-
tētiā pater: ⁊ confido remiſſionē te orā
te ſortiri. Peto tribus horis inducias:
⁊ poſt hec quo volueris ibo: ⁊ quecūqꝫ
preceperis faciā. Cūqꝫ ei locū abbas cō
ſtituiſſet vbi veniaz impetrare deberet:
illa collectis oībus quecunqꝫ de pecca-
tis lucrata fuerat: plateiſqꝫ in media ci-
uitate populo expectāte igne combuſſit
clamās ⁊ dicēs: Venite oēs q̄ peccaſtis
mecū: ⁊ videte quō ea que mihi contuli
ſtis exuram. Cum aūt oīa incēdiſſet ad
locum quē abbas Pānutius conſtruxit
perrexit. Qui illā in cellula parua reclu-
ſit: oſtiūqꝫ cellule plūbo ſignauit: ⁊ par
uam reliquit feneſtraz per quā ei cibus
daretur: iuſſitqꝫ parum panis ei ⁊ pau-
lulum aque ab alijs miniſtrari. Cūqꝫ er
go tribus annis fuiſſet incluſa: ꝓfectus
abbas Pānutius ad abbatē Antoniuz:
cōuocatis diſcipulis vt ab eo inquireret
ſi remiſiſſet ei ſua peccata deus: narrata
cā ſctūs Antonius diſcipulis conuoca-
tis: precepit vt illa nocte orarent. Sta-
timqꝫ abbas Paulus maior diſcipulus
Antonij vidit in celis lectum precioſis
veſtibus ornatum: quē tres virgines fa
cie clara cuſtodiebāt. Cūqꝫ paulus dice
ret gloriā illā eſſe Antonij: nō eſt Anto-
nij: ſed Thaydis meretricis: vocem ſibi
dicentē audiuit. Qd cum mane audiſſet
abbas Pānutius cum gaudio diſceſſit.
Et cū illam eduxiſſet de cella: quidecim
dieb⁹ ſuperuixit ⁊ pauſauit in pace. Er-
go aperiāt oculos ſuos peccatores vt vi-
deant longitudinem latitudinēqꝫ alti-

tudinem ⁊ profundum ardētiſſime cha-
ritatis dei: qui ſua ampliſſima ⁊ immē-
ſa clemētia paratus eſt ſemper peccato-
ribus penitentibus dare salutē: quā no
bis oībus largiatur ipſe qui viuit ⁊ re-
gnat in ſecula ſeculorū. Amen.

¶ Explicitus eſt tractatus de diuina charitate.

¶ Tabula in ſequentem tractatum.
De immortalitate aīe: vbi tractatur de vita in cōmuni. Sermo. j.
De vita hominis ante ſuā beatitudinem. Sermo. ij.
De immortalitate anime que ſua nobilitate exemplis ⁊ teſtificatione probatur. Sermo. iij.

¶ Sequitur tractatus de immortalitate anime: cuius ſunt ſermones. iij.

¶ De vita in communi. Sermo. j.

Iuſti aūt in perpetuum viuent. Scribuntur hec verba originaliter Sap. v. Quoniā falſo pleriq3 opinantur extinctos hoīs corporali morte amplius nec viuere nec viuificari poſſe: fiātq3 ex hoc in oībus vitijs brutis deteriores: ī preſenti tractatū de immortali vita ſtatui cōpilare. Eſt q̄ppe ſatis ſupq3 neceſſariū aperire oib⁹: quēadmodū dei ſapiā ſtatuit vt hoīes ꝓ varietate meritorū: aut in eternū viuāt in feliciſſima patria paradiſi: aut illā cōtēnētes eternis ſupplicijs deputent. Nā q̄ durior petra cēſeri pōt q̄3 pctōr hō: q̄ ſentiēs certitudinaliter ꝓponi ſibi bonū ⁊ malū ꝑpetuo duraturū a pctō ſeparari nō curat? Grādis equidem iactura eſt ꝓ momētaneo ac labili huius mundi bono ꝑdere gaudia nūq̄3 defutura: ⁊ obligare ſe in ſcl'a ſeculoꝝ ad eternas penas. Quapropter vt ipſi⁹ immortalis vite plenior ac lucidior poſſit haberi noticia: in hoc ſermone ad vitam in communi ſtilum noſtrū dirigemus: de qua tria myſteria erunt contemplanda.

Primū erit de vite diffinitione.
Scdm̄ erit de vite originatione.
Tertium erit de vite ſubſtantiata ſuſceptione.

¶ Quid ſit vita ſm pħm declarat: ⁊ an aīa ſit ipſa vita. Cap. j.

Primū dicendū erit de vite diffinitione. Nam vt Cicero tradit in. j. de offi. Oīs que a rōne ſuſcipit de aliqua re inſtitutio: debet a diffinitione ꝓficiſci: vt facilius intelligatur quid ſit de quo diſputet. Igit inquiram⁹ primo quid ſit vita. Et diffinitur ſic a pħo lib. de motu cordis. Vita eſt act⁹ anime primus in motu corporis adaptati ad mouendum. Ex quibus verbis dubitatio mouetur: an vita ſit ipſa anima? Et quibuſdam videt ꝙ ſic. Nam Amb. in li. de bono mortis oſtēdit ꝙ anima nō pōt mori: q2 eſt vita: ⁊ vita eſt cōtraria morti. Ait aūt ſic. Anima vita eſt: quomodo poteſt mortem ſuſcipere: cum ſit ipſi contraria? Ipſe etiam Amb. in codē lib. probat ꝙ vita ſit aīa: ſic. Cui anima infunditur: vita infunditur: a quo anima diſcedit: vita diſcedit. Anima ergo vita eſt. Iſid. li. j. de ſummo bono. Vita inquit corporis eſt anima. Sed ⁊ pħus vult ꝙ aīa viuat ſeipſa. Igitur erit ſua vita. Qđ ꝓbari poteſt. Aīa viuit: aut ergo ſeipſa: aut alio. Si alio: aut illud viuit: aut nō. Si nō ergo nō dat vitā. Si viuit: ergo aut ſeipſa aut alio. Tūc ſimiliter querit de illo alio. Si ergo nō eſt abire in infinitū: relinquit ꝙ illud quo viuit viuit ſeipſo. Sed veriſimilius eſt ꝙ aīa viuat ſeipſa q̄3 alio quo viuit: ergo aīa ſeipſa viuit: ergo anima vita eſt: ergo vita eſt aīa. Soluit autē3 hanc ambiguitatē. Alexā. in. ij. volu. ſum. ſue di. q. xx. mē. ij. ar. ij. ꝙ vita nō eſt anima ſed actus ab ipſa egrediēs. Quia vt ſcribitur in libro de motu cordis: primus ⁊ continuus actus anime vita eſt. Unde

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN